fluxū humorū ad stōm specialiter colere. Se cundo dicit ꝙ si iterū uomerit iterū ē dand⁹ do nec qescat ⁊ retineat. Ad si sincopis. Do cet succurrere sincopi dicens ꝙ si sincopis pue nerit ꝯuenit dare muscū cū uino. Rō qꝛ uiuifi cat uirtutē uitalē. scḋo dicit ꝙ ēt dꝫ dari succus carnis hedine ⁊ pulline cū pauco succo citonio rū. Rō qꝛ generāt spūs ⁊ stōm ꝯfortant. Pul li. Ponit octauū remediū dicēs ꝙ pulli sūt assandi ⁊ ante nares dismēbrādi. rō qꝛ sua aro maticitate ⁊ odore ꝯfortant. Thus. Ponit nouū remediū dicens ꝙ thus ē dandū ut masti cet ⁊ paulatim deglutiat. Rō qꝛ ē stipticū ⁊ ca lidū: ⁊ ideo ualet in materia frigida plus. scḋo dicit ꝙ ēt dꝫ tribui bolus ar. cū cāphora. rō qꝛ frigidū ⁊ stipticū: ideo ualet in materia calida. Tertio dicit ꝙ dictū ē de cura huius passionis usqꝫ nunc docet ut uomitu sedetur ⁊ ut stoma chus possit cibum recipere. Almansor.

Postqꝫ vero stōachus ipsius recipere poterit nutriendus ē eger ⁊ parū vini ve teris in potu sumat bene redolentis ⁊ dor mire incipiat. Trocisci de olibano ad vo mitū dandi. ℞. boli corasceni thuris am boꝝ aā. ʒ. x. cubebe cardamomi amborūꝫ aā. ʒ. ii. ⁊. ß. cāphore gallie gar. oīm aā. vi ʒ. unius fiant trocisci pondere aur. vnius hii eni uomitui multū conferunt. Rob ꝺ malis granatis succus maloꝝ granatorūꝫ acetosoꝝ sumanť ⁊ per noctem. i. aut am plius dimittanť donec qḋ grossū est in fū do resideat ⁊ deinde coquať ⁊ dispumeť donec iulep similtudinē habeat i quo ab igne disposito adhuc tū calido mēte viri dis stipites mittantur ⁊ in ipso ꝑmanere ꝑmittanť quousqꝫ infrigidenť. Cūqꝫ ifri gidatū fuerit extrahanť ad cuius similitu dinē syrupus de citoniis ⁊ sirupus de ma lis macianis fieri cōuenit. Si aūt vomit⁹ hora aliqua inualuerit nimis ⁊ supflue rit magna vētosa stō superponať. Silla.

Ponit curā post cessationē uomitus dicens ꝙ postqꝫ uomitus cessauerit ⁊ poterit eger reci pere cibū: dꝫ eger nutriri ut subleuetur ꝟtus Scḋo dicit ꝙ parū uini ueteris bene potentis in potu recipere dꝫ. Rō qꝛ restaurat spiritus. Tertio dicit ꝙ dꝫ incipere dormire. Trocisci. Ponit descriptōꝫ quarūdā medicinarū ꝺ qb⁹ supra fecerit mentionē: ⁊ diuiditur in duas scḋꝫ ꝙ ponit descriptionē duarū medicinarū. Secū da ibi. Rob de malis granatis De prima dicit ꝙ trocisci de olibano ad uomitum dandi

sunt. ℞. boli corraseni thuris amboꝝ aā. ʒ. x. hi eni uomitui multū conferunt. Rob de mal granatis. Pōit descriptionē rob de grana tis ⁊ fit sic sumatur succ⁹ granatoꝝ accetosoꝝ ⁊ sic ꝑ noctē dimittatur donec qḋ grossū ē in fun do resideat. deide coqtur ⁊ despumetur donec hēat silitudinē iulep i quo ab igne deposito tū calido mēte stipites uirides mittantur ⁊ in ipso ꝑmanere dimittātur quousqꝫ ifrigidetur ⁊ cū i frigidatū fuerit extrahātur. Scḋo dicit qḋ ad silitudinē h⁹ pōt fieri sirupus de citoniis uel de macianis. Ad idem ualet sirupus de agresta: uel sirupus de granis mirti. Si aūt vomitus Ponit curam dicens ꝙ si uomitus aliq̄ hora nimis supfluerit debet supponi stō magna uen tosa. Notandū ꝙ in fluxu uentris debet po ni supra stōm magna uentosa. Ratio quia di uertit ad superiora ⁊ debet esse sine scarificatōe ⁊ recolo in una de sancta cristina ꝓ restringen do uomitū poni supra umbilicū unam uentosā magnā ⁊ totā fuisse repletā pinguedine: vñ mor tua ē. De debilitate stomachi. Sillanus

Circa rubricam ē notandum ꝙ stoma chus pōt cōfortari qnqꝫ modis. Pri mo per uiā alterationis: ut si sit calid⁹ per frigida ⁊ ecōuerso. Secundo per uiā unio nis partiū ⁊ fit per stiptica siue calida siue fra. Frigida sunt ut citonia pira nespila pruna pru nelli ⁊ sorbe. calida sunt ut mastix olibanū ⁊ ab sinthiū. Tertio per uiā mundificatōis ei⁹ a ma lis humoribus ⁊ hoc faciunt medicine diuerse: secundū diuersitatē humoꝝ. Quinto per uiam nutricatōis: ut per cibos facilis digōnis ⁊ boni nutrimenti. Quinto per ea que cōueniunt a ꝓ prietate: ut absinthiū mastix ⁊ galāga. Ad ꝓpo sitū Ras i hoc. c. docet ꝯfortare stōm primo ⁊ ſo mō. Scḋo notandū ꝙ debilitas stōi ē no mē dispōis stōi qñ nō bene digerit ⁊ cōturbat eni cibus uehemēter. Tertio notandū ꝙ debili tas stōi pōt ꝓuenire pp causas itrinsecas aut extrisecas. Cause extrisece sūt accidentia aie ut ira: solicitudo: ⁊ tristitia: ⁊ silia accidētia: quan titatis cibi ⁊ potus: addita uel diminuta mala qualitas: ul' uētosas: aut cibus inordinate sūpt⁹ qꝛ grossū ꝑponitur sbtili ⁊ silēs cāe. Si vo fue rit ꝓpter causas intrinsecas: aut hoc ē pp stōm aut pp alia mēbra: aut pp passiōes cerebri sicut ē reuma aut ꝓpter passiones cordis: sicut ē tre mor ⁊ similia: aut propter passiones epatis: ut quia nimis sibi mittit calidam. Aut propter pas siones splenis: ut qꝛ nimis sibi mittit meliam su perfluam. aut propter passionēꝫ matricis: ⁊ sic

Alteratoris ꝯforta stomach quinque modis ... mundificatōis ... nutricatōis ... a ꝓprietate

Mastix olibanū et absinthiū ꝯfortant stōm in frigidato

Absinthiū mastix ⁊ galanga ꝯfortant stōm a ꝓprietate

... debilitas ... stomachi ...

de aliis membris q̄ pn̄t mittere sup fluitates ad
stóm. Si ꝑpter stóm: aut róe male ꝯplonis ca
lide uel frigide humide uel sicce cū materia uel
siñ materia. Et si cū materia ul' cū aꝑate ul' siñ
aꝑate: aut rōne male ꝯpl'onis. s. paruitatis uel
magnitudinis ⁊ male texture ul' sitius ⁊ solutio
nis ꝯtinentis. Quarto notandū ꝙ signa de
bilitatis a causis extrinsecis habētur ex relatōe
infirmi ⁊ assistentiū ⁊ medici industria. Signa
si fuerit debilitas ex passionibus alioꝝ mēbro
rū a stō habētur ꝯsiderando subtiliter omnia
mēbra corporis: qꝛ notitia nō latebit. Signa
debilitatis stōi ꝑpter malā ꝯpl'onē calidā sunt
qꝛ sentitur calor in stō ⁊ sitis ⁊ male digeruntur
cibaria frigida ⁊ iuuatur a frigidis: ⁊ leditur a
calidis: ⁊ si est cū hūoris uitio adest pond⁹ aut
aggrauatio ⁊ oris amaritudo ⁊ uomit⁹. Signa
si fuerit pp malā ꝯpl'onē frigidam sentitur frigi
ditas in stō paucitas sitis. digerit male res dif
ficilis digōnis ⁊ ut plurimū ē appetitus itēsus
iuuatur a calidis ⁊ leditur a frigidis: ⁊ si est cuꝫ
humoris uitio: adest pondus aggrauatio infla
tio extensio nausea multiplicatio sputi uelocitas
descensus cibi absqꝫ eius nimia alteratione et
eructuatio acetosa ⁊ hoc si sit phl'a. Si uero ē
mel'ia est pondus ⁊ aggrauatio ⁊ uomitus faci
ens ꝯgelationem in dentibus appetitus pluri
mus magnitudo splenis solicitudo tristitia īfla
tio magna. Signa si sūt ꝑpter siccitatē sūt si
tis uehemēs exiccatio lingue supflua exiccatio
corporis: iuuamentū cū cibis humidis: nocum
tū uero cū siccis. Signa ꝑpter humiditatem
sūt puitas sitis ledi ab humidis iuuari a siccis
multitudo saliue ⁊ sputi. Signa ꝯpositaꝝ ha
bentur ex simplicibus. Signa qn̄ fit ꝑpter ra
ritatē texture sunt qꝛ non inuenitur signuꝫ male
ꝯpl'onis nec signū aꝑatis ⁊ nō iuuat ciboꝝ per
mutatio. Signa qn̄ ꝑpter aꝑa dicētur in. c.
sequenti. Signa ꝑnostica sunt: primum oīs
in digō stōi ē mala ⁊ potissime cerebro. rō primi
qꝛ non rectificatur p aliā digestioneꝫ. rō scdi qꝛ ē
radix fere ⁊ origo oīm egritudinū: sicut epilep
sie lienterie idropisis ⁊c̄. scdm. si aliqs in conuale
sentia patitur digestionē ⁊ habeat os acetosum
Cauendū ē de recidua ⁊ ꝙ materia putrefiat.
Tertiū deterior debilitas stōi ē que ꝑuenit a ra
ritate texture stōi. Dubitatur que malarū ꝯple
xionū stōi sit deterior tam simplitiū qꝫ ꝯposita
rū ⁊ qs sit ordo. Pro cuius sol'one ē notandū
ꝙ ille male ꝯplexiones ꝯperantur uel quantuꝫ
ad alterationē uel lesionē opationis principalis
membri. s. stōi uel quantū ad curationē. Si pri
mo modo sic est frigida complexio inter simpli
ces deterior: secundo sicca: tertio calida ⁊ quar
to humida. Et inter eas compositas. Primo
calida ⁊ sicca: secundo frigida ⁊ sicca tertio cali
da ⁊ humida. Al.

Um stōi debilitas cū pauca siti ⁊
tarda cibi de stō descensione ⁊ ac
cido ruptu fuerit: fueritqꝫ oīa acci
dentia hec parua nec fuerit uetusta stoma
chus ex trociscis de ros. ē curādus de qb⁹
eger quotidie in mane pondus aur. vnius
⁊. s. cū. ℥. i. decoctōis de seibus sumat
Decoctio aūt de seibus hec ē sumant cimi
ni nabati ⁊ ameos bulliant in miua dōec
aq̄ fiat rubea. d qua postea cū troc. d ros.
vt predictū est in potu tribuant. Troc. vero
de ros sūt q. ℞. pulueris rosaꝝ ru. ℥. iii. xi
loaloes spice mastic. silocassie sqnanti cia
momi absinthii oīm an̄. ℥. i. conspergātur
ex vio veteri ⁊ informent troc. Nutriatur
vō ex his q̄ cito digerunt ⁊ paucoruꝫ sūt
hūoꝝ ac paucaꝝ supfluitatū q̄ ēt ex redo
lētib⁹ ⁊ seibus sūt cōdita sicut sūt calagie
⁊ mutagenat. Ipe quoqꝫ ante comestiōꝫ
multo vtat exercitio ⁊ aquā minus solito
bibat ⁊ post cōestionē multū dormiat de
vino quoqꝫ veteri ⁊ puro parum bibat:
totāqꝫ nutricatōem minuat. Sillanus.

Determinat de debilitate stōi ⁊ diuiditur in
tres. Primo ponit curā qn̄ prouenit a frigidita
te. Scdo quando a caliditate. Tertio qn̄ a sicci
tate. Scda ibi. Qd si digestiue. Tertia ibi.
Si aūt cū hoc. Prima in duas. Prio pōit
curā qn̄ debilitas stōi est noua. Scdo quando
est antiqua: secūda ibi. Qd si hec accidentia
Prima in duas. primo ponit curaꝫ per medici
nas alteratiuas. scdo per dietam. Scda ibi.
Nutriat Prima in duas. primo ponit curā
p trociscos de ros. ⁊ per decoctionē de seibus.
secundo ponit descriptionē decoctōis de seibus
⁊ trociscis de ros. secunda ibi. Decoctio aūt.
De prima dicit ꝙ ubi debilitas stōi fuerit cum
pauca siti tarda descensiōe cibi d stō ⁊ eructua
tōe acetosa cum istis signis arguendū est ꝙ de
bilitas stōi uenit a frigiditate. rō pꝫ. scdo dicit
ꝙ ubi predicta signa sunt parua ⁊ non antiqua
stomachus debet curari dando in potu trocis
cos de ros quotidie de mane pondus aui. i. s.
cum. ℥ i. decoctionis de seibus. Ratio qꝛ sūt ca
lidi ⁊ stiptici. Ad idē ualent trocisci de ligno alo
es. Ad idem trocisci de cappis. Ad idem
trocisci de diarodon. Decoctio. Ponit de

scriptionē decoctōis de seibus ⁊ troc. de rosʒ. ⁊ primo pōit primā. Sʒo scdā. Scdā ibi. Troc. uero. De prima dicit ꝙ decoctio de seibus ē. ℞. ciminū nabati ameos ⁊ buliant in mina donec aqua fuerit rubea de quā tribuatur cum trociscis. Scdo ponit descriptionem trocisci de rosʒ. que est. ℞. rosʒ. ru. ʒ. iii. xiloaloes. mastic. spice: xilocassie. sqnanti absinthii oium añ. ʒ. i. cōspergantur uino ueteri ⁊ fiāt troc. Ad idē si detur aq̄ uite. ℥. i. i potu pro uice. Nutriatur. Ponit curā per dictā dicēs ꝙ patiēs ꝺ bet nutriri ex hiis que cito digeruntur. Rō q̄ꝛ uirtus digestiua est debilis. Scdo dicit ꝙ illa q̄ bus nutritur debent eē paucarū superfluitatuꝫ Tertio dicit ꝙ talia debent eē condita cū spēb⁹ redolentibus qualia sunt galāga ⁊ alie species stomatice ut pip ⁊. ʒʒ. gariof. ameos ⁊ silia. Quarto dicit ꝙ ēt ante comestionē dꝫ uti exercitio forti uel mꝉto. rō q̄ꝛ reficit ⁊ calefacit. Quito dicit ꝙ dꝫ bibere aquā minus solito. rō quia infrigidat ⁊ relaxat stōm. Sexto dicit ꝙ post comestionē dꝫ multum dormire. rō q̄ꝛ iuuat comestionē digestionē confortando calorē per ei⁹ reuocationē. Septimo dicit ꝙ ꝺ uino ueteri puro dꝫ bibere parum: q̄ꝛ calefacit stōꝫ. Octauo dicit ꝙ dꝫ sumere de cibis minus consueto: rō q̄ꝛ uirtus non eēt sufficiēs digerere magnā q̄ᷓtitatem cibi. Notandum ꝙ cibi ꝯueniętes sūt carnes arietum. hedoꝝ. pulloꝝ. auiū. uolatiliū ut perdicum. fasianoꝝ: pulloꝝ columboꝝ. qualearum uel conturnicū ⁊ similiuꝫ ⁊ plus assatas quā elixatas conditas cum spēb⁹ perdicis oua sorbilia ⁊ similes cibi. Almansor.

Quod si hec accidentia uetusta fuerint electuarium diacimini ⁊ diaolibani āboꝝ añ. unius aur. pondus cū. ʒ. i. ueteris uini puri in potu sumat. Regimen autem eius fit ut prediximus. Silla.

Ponit curā quando forent hec accidētia antiqua ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curā p ea que approximantur ab ītra. s. per confectiones. Scdo per ea q̄ approximātur ab extra. s. per empl̄a ⁊ unctōnes. Scdā ibi. Empl̄m. Prima i tres. Primo ponit curā per ꝯfectōes Scdo per dictā. Tertio ponit descriptionē illarum ꝯfectionū. Scdā ibi. Regimen. Tertia ibi. Electuariū. De prima dicit ꝙ si hec accidentia fuerint antiq̄ electuariū diacimi num dyaolibanū añ. pondus aur. unius cū. ℥. i. uini ueteris puri in potu sumantur. rō q̄ꝛ illa sūt cal̄a ⁊ stiptica. Nota ꝙ ad idē ualēt alia ut diatrionipipereon diagalanga dianisuꝫ diauenta gariofilatū aromaticū rosʒ. aromaticū. gariofilatū aromatiū nardinū electuariuꝫ aromaticū ꝯfectio de seminibus ꝯfectio de ciamomo electuarium de citro rosata nouella dyacitoniten cum spēbus. stonticū calidū ꝫinꝫib. cōditū cortices citri cōditi tragea optima. Ad idē. ℞ interiorū cinamomi el̄ci. ʒ. iii. galāge. ʒ i. aque rosʒ. de damasco. ℔. i. fiat electuarium. Ad idē. ℞. ʒʒ. al. ʒ. i. gariofil̄. interioꝝ cinamomi galange añ. ʒ. ʃ. ꝫedoarie pipis lon. coriandri ꝑparati añ. ℈. i. seis anisi feniculi ameos spice nardi cardamomi macis añ. ℥. v. corticū citri conditi uuaꝝ passaꝝ bene pinguiū. ℥. i. aq̄ rosʒ. de damasco quart. ʃ: ꝫuccari al. ℔. i. ⁊ fiat electuariū. Ad idē. ℞. coriandri ꝑparati interiorū cinamomi el̄ci añ. ℥. ʃ. triū generū piperis gaꝝ. galange. ʒʒ. al. añ. ʒ. i. seis anisi feniculi añ. ʒ. iii. croci. ℈. i. ꝫuccari albi. ℔. i. fiat electuariū. Ad idē ℞ predicta omnia et fiat puluis et eo utatur. Ad idē ℞ cinamomi elci. ℥. ʃ. macis spice añ. ℈. i. granorū paradisi ʒ. i. piperis lon. ʒ. i. cardamōi. ʒ. ʃ. florū cinamomi. ʒ. i. ꝫuccari al. ℥. ii. misce ⁊ fiat puluis. Ad idem ℞ garof. macis cinamomi piperis ciperi añ. Regimen aūt. Ponit curam per diectam dicens ꝙ dieta debet essēt dictū ē supra: Alman

Electuarium diaciminum. ℞. cimini carmeni. ʒ. ʃ. ʒʒ. ʒ. xx. piperis. ʒ. x. folioꝝ rute baurach ꝫuccari albi añ. ʒ. x. hec oīa cū mele dispumato conficiantur ⁊ detur de hoc electuario si uenter strictus fuerit. Silla. Ponit ꝺscriptionē electuariorum dictarum: ⁊ diuiditur i duas. Primo ponit descriptionem diacimini ostendēdo quādo debet exhiberi. Secundo ponit discreptionem diaolibani ostendendo quādo ꝺbet exhiberi. Secūda ibi. Quam si solutus. De prima dicit ꝙ electuarium diaciminū ē. ℞. cimini carmēi. ʒ. c. ꝫiꝫi. ʒ. xx. piperis. ʒ. x. foliorum rute baurach ꝫuchari albi añ. ʒ. x. hec omnia cū melle despumato simul conficiantur. Secundo dicit ꝙ debet dari de hoc electuario si fuerit uenter stipticus ratio quia ciminum si teratur grosso modo laxat uentrē. Si subtiliter ꝓuocat urinā ⁊ ē pulchrū ꝓbl̄: Ad istud ꝓbleu. ita respōdetur si ciminū teratur grosso modo ratione grossiciei non pōt transire nisi p itestina: ⁊ ideo tunc laxat uētrem sed si teratur subtiliter tunc melius meli poterit transire p uenas mes aicas ad epar ⁊ tūc trāsit ad uias urine uñ ꝓuocat urinā. Solutio nō placet: quia fortius ꝺbet prouocare secessū quā urinā cū subtiliter tritum ꝺbet magis ⁊ melius

transire per intestina quam per uias urinales
Quod si solutus fuerit venter electuariũ
diaolibanum est dandũ cuius descriptio
in.c.de uentris solutione continet̃. Silla.

Ponit descriptionem diaolibani ostendendo
quando debet exhiberi: ⁊ diuiditur in duas.
Primo facit hoc. Secundo ostendit quid faci
endum quando hec non sufficiunt. Secunda
ibi. Si aũt hec. Prima dicit ꝙ si uenter fue
rit fluxibilis debet dari diaolibanum. ratio pa
tet quia sua stipticitate stringit fluxum. Secun
do dicit ꝙ eius descriptio continetur in.c. de
fluxu uentris. Ad idem ualet mastix ⁊ est bonũ
pro pauperibꝰ ⁊ debet transglutire tria.g̃. de
nocte ⁊ ualet in reumate. Al.

Si aũt hec nõ suffecerint squama ferri cũ
uino tribuat̃. scorie aũt ferri cõfectio hec ẽ
℞. seminis apii. seminis fẽiculi anisi cimi
ni ameos amidun origani Keisi carui seis
coriandri melanopipis macropipis ciamo
mi thuris spice gar. nucis. mus. ciperi zizi.
omniũ añ. pondus aur. unius scorie aur̃
x. oibus sextuplũ uini addatur ⁊ coquant̃
donec ad medietatem redeant ⁊ colet̃ de
inde eger de hoc sirupo postq̃ꝫ colabitur.
põdus.ʒ.xxx. quotidie sumat ⁊ nutricatio
nem alleuiet. qđ ꝑ tres hebdomodas faci
at. Caueat sibi ab acetosis ⁊ a fructibus re
centibus ⁊ aqua frigida uinum uero mẽ
surate bibat. Sillanus.

Hic ostendit quid fiendum qñ predictum re
mediũ non sufficit. Et primo facit hoc. Scđo
ostendit a quibus dꝫ cauere. Scđa ibi. Ca
ueat sibi. De pria dicit ꝙ si hoc nõ sufficerit
squama ferri cum uino debet tribui. Rõ q2 ca
lefacit stõm ⁊ ꝯfortat ⁊ stipticuꝫ reddit. Secun
do ponit descriptionẽ que est. ℞. se. apii. se. fe
niculi anisi ameos cimini amidi origani keisim
seis coriandri carui melanopipis macropipis:
spice cinamomi thuris gariof. nucis mus.ʒʒ. ci
pi oim añ. pondus aur̃. unius scorie. x. aur̃. om
nibus septupluꝫ uini addatur coquatur donec
ad medietatẽ redeat coletur. Deinde de hoc si
rupo postq̃ꝫ colabitur põdus.ʒ.xxx. bibat quo
tidie. Tertio dicit ꝙ dꝫ alleuiare dietã. rõ patet
Quarto dicit ꝙ hoc ẽ faciendũ per tres ebdo
modas ⁊c. Caueat. Ostendit a qbus dꝫ
cauere ⁊ dicit ꝙ ab acetosis: rõ q2 augerent flu
xum ꝯprimendo. Scđo a fructibus recentibus
q2 lubricãt ⁊ augent discrasiã. Tertio ab aqua
frigida: ratio patet. Al.

Emplm̃ qđ stõm confortat ⁊ calefacit.
℞. storacẽ spicã squinãtũ absinthiũ cala
muꝫ aromaticũ masticẽ ex hiis cũ vio ue
teri ⁊ succo citonioꝝ cõspersis emplm̃ suꝑ
stõm ponatur. Ad hoc preterea cõfert ut
stomachus fricando inungat̃ ex oleo qđ
fit ex spica nardi ⁊ cipo: aut lana carmina
in predicto oleo calefacto inuoluto super
stõm ponatur ⁊ cum pãno ligetur. Silla.

Ponit curam per ea que approximantur ab
extra. Primo facit hoc. Scđo iterato ponit cu
rã per ea que approximantur ab extra. Secun
da ibi. Eger quoqꝫ. Prima in duas. pri
mo ponit curã per emplm̃. Scđo per unctionẽ
Scđa ibi. Ad hoc. De prima dicit ꝙ cõ
ueniens plurimũ calefaciens ⁊ ꝯfortans stõm ẽ
tale. ℞. storacis calamite spice squinanti absin
thii calami aromatici masticis ex his oibus cũ
uino ueteri ⁊ succo citonioꝝ ꝯspersis fiat emplꝫ
⁊ supponatur stõ. Ad idẽ. ℞. masticis q̃rt. i
galange ameos zedoarie añ.ʒ.ſ. mẽte sicce ab
sinthii sicci ⁊ uiridis añ.ʒ.i. terbentine.ʒ.ſ. pul
uerizanda pulueriz ẽtur ꝯquassando ꝯquassen
tur cũ pistelo calido misce oĩa malaxando cum
oleo de mastice ⁊ fiat emplm̃ ad modũ scuti ex
utraqꝫ parte ⁊ extendatur supra fustaneũ. Ad
idẽ sacculus. ℞. mente sicce absinthii sicci añ.
M. i. pulueris gaꝝ. ameos cinamomi añ.ʒ.i.
aspergatur sacculus cũ aq̃ absinthii ⁊ mente sa
cta residentia añ.℥.i. olei masticis quart. i. cere
q. sufficit ⁊ fiat unguentũ. Ad idẽ. ℞. lauda
mi.ʒ. iii. masticis cinamõi gariofil. nucis mus.
galange spice añ.ʒ.ii. storacis calãite.ʒ.i. olei
nardini olei mastic. añ.℥.i. cere.℥.ſ. fiat cerotũ
ponatur supra coriũ. Ad idẽ ualet si suꝑ late
re calido uel ibrice calido asperso suꝑ bono ui
no ponatur petia lini ⁊ suꝑ ea ponatur mastix
elc̃tus ⁊ dissoluatur ⁊ calidus applicetur stõ ad
modũ empli. Ad idẽ. ℞. gariofil. masticis
spice galange pipis longi añ.ʒ.ii. cere laudami
armoniaci añ.ʒ.i. fiat emplm̃ cũ oleo de spica.
Ad hoc. Ponit curã per unctionẽ dicens ꝙ
ꝯfert ut stomachus fricãdo ungatur cũ oleo ꝙ
fit de spica nardi ⁊ cipo. Uel ꝙ lana carminata
i dicto oleo ĩfusa ponatur supra stõm ⁊ cũ pan
no ligetur. Ad idẽ ualꝫ i unctio facta cũ oleo
masticis uel de absinthio uel de costo uel lauri
no uel de enula uel de cinamomo ul' de pulegio
uel de sansucco uel de ruta. Ad idẽ ualet un
guentũ. ℞. olei masticis olei absinthii olei spi
ce añ.℥.i. pulueris gaꝝ. masticis ameos añ.ʒ.i
cere. q. sufficit ⁊ fiat unguentũ. Ad idẽ ualet
amplecti infantẽ nudum bene cõplexionatũ: ſꝫ

precipue ⁊ longe melius ē amplecti antiquā ue tulā.xii.uel.xiii.annorū uel catulū paruū bñ pi guē. Uel tenere supra stōm manū calidā uel fri catio stomachi ab extra cū aqua uite ⁊ sepe sū exptus. Uel infusio pāni in predicta aqua ⁊ sup ponatur stō. Ad idē pānis frumenti calidus bene ꝯpressus in puluere mente absinthii masti cis cum optimo uino puro. Al.

Eger quoqꝫ vinū vetˀ bibat: aut miuaꝫ aut idromel. Miua aūt hoc modo. fit suc cus citonioꝝ muzoꝝ sumat ⁊ p diē ⁊ noc tē vt residere possit dimittat ⁊ colet: dein de eiˀ qđ clarū est partes due sumant zuc cari: pars vna vini veteris.i. ⁊ incipiat co q suauiter ⁊ dispumari donec in iuleb simi tudinē transeat. postea pro vnaqq̄ꝫ.lb.ex toto sumat.ʒʒ.spi.cinamomi gar. omniū añ.ʒ.i.masticis.ʒ.ii.oīa puluerizata i pan no ligent ⁊ itus dū calefactū est mittant ⁊ cū infrigidari ceperit pānus extrahatur ⁊ exprimat deinde sirupˀ rcōdat. Silla.

Ponit curā per approximationē ab intra ⁊ diuiditur in duas. Primo facit hoc. Secundo ponit descriptionē miue. Scđa ibi. Miua

De prima dicit ꝙ eger dꝫ bibere uinuꝫ anti quuꝫ: aut miuā: aut idromel. Ratio pꝫ. Scđo ponit descriptionē miue. Sumatur succus cito nioꝝ muzoꝝ per diem ⁊ noctē dimittatur ut re sidere possit: deinde eius quod claꝝ ē due ptes sumantur zuccari: pars una uini ueteris pars. i. ⁊ incipiat coqui suauiter ⁊ dispumari donec iu leb habeat spissitudineꝫ: postea pro una quaqꝫ lb. ex toto sumantur zinzib. spice cinamomi ga riofil. omniuꝫ añ.ʒ.i.masticis.ʒ.ii.hec oīa pul uerizata i pāno ligentur ⁊ duꝫ ē calidū dimitta tur ⁊ cū infrigidari ceperit pānus extrahatur ⁊ dispumetur deinde sirupus recondatur: quare ualet patet qꝛ fit ex rebus confortantibus stōm

Ad idē ualet oximel ꝯpositum ul squilliticū.

Ad idē sirupus de mente. Ad idē sirupus de absinthio uel de corticibus citri. Ad idem aqua uite i potu sumpta. Ad idē claretū pro stōm frigido ⁊ uocatur stelladi. ℞. cinamomi gar. añ.ʒ.ii.piperis melegette galange añ.ʒ.i. ʒ.cardamomi.ʒ.i.zuccari ul mell. q. sufficit ad lb.ii.uini fiat claretum ul stelladia. Al.

Qđ si digestiue debilitas fuerit cū mlta siti ⁊ paucoꝝ ciboꝝ appetitu ⁊ fetido ruc tu sirupˀ acetosus de citonio bibat sirupˀ ℞. succi citonioꝝ acetosoꝝ ptem.i. zucca ri al. partē.i.aceti clari quartam parti vni us coquant omnia sil donec inspissent.

Est aūt sirupus iste stomachi confortatiuˀ ⁊ ad suas per agendas operationes iuua tiuˀ ⁊ vehementiam incesionis ⁊ inflatio nem q̄ est in stomacho sedat. Egri vero nutricatio sit res in q̄ simul congregant acetositas ⁊ stipticitas vt ē caro cuꝫ succo vue acerbe cocta ⁊ cū malis macianis sil cocta cū ribes ⁊ facta ex aluleberi ⁊ almo si ⁊ illis silia ex cibis. De isto preterea det puluere ut trāsglutiat q. ℞. rob. rub. ʒ.x. spodii.ʒ.iii.seminis coriandri.ʒ. v. dosis eius sint.ʒ.ii.cū succo granati i muci ⁊ cū sirupo de citoniis acetosis. Silla.

Ponit curam debilitatis stōi qñ fit a causa calª: ⁊ diuiditur in tres. Primo ponit curā per sirupū. ƀo per dietam. Tertio per puluerē. Se cunda ibi. Egri vo. Tortia ibi. De isto.

Prima ponit i duas. primo ponit curā per siru pū acetosū de citoniis. Scđo ponit descriptōꝫ eiˀ. ƀa ibi. Sirupus. De prima dicit ꝙ si fue rit debilitas digestiue cū siti multa ⁊ paruo ap petitu ciboꝝ ⁊ eructatōne fetida: tunc ex istis si gnis arguēdū ē ꝙ debilitas stōi ē ex caliditate Secundo ꝑ cura dicit ꝙ bibatur sirupus aceto sus de citoniis. Rō qꝛ ifrigidat ⁊ sui stipticitate ꝯfortat stōm calidū. Ad idē ualet sirupus đ agresta. Ad idē ualet sirupus de piris ul đ per sicis. Ad idē sirupus de berberis uel đ rob.

Ad idē sirupus acetositatis citri. Ad ideꝫ sirupus de granis mirti. Ad idē sirupus de granatis uel oxizachara. Ualet ēt sirupˀ ace tosus de succis uel aquis fructuū Mesuc.

Ad idem iuleb rosatū. Sirupus. Pōit descri ptionē sirupi acetosi. ℞. succi citoniorū aceto soꝝ partes.ii.zuccari partē.i.aceti clari quart. partis.i.coquantur oīa sil. donec inspissentur ƀo dicit ꝙ ille sirupus ē ꝯfortatiuus stōi sedans iflāmatione seu sedans uehemētiā inflāmatōis Egri vero. Ponit curā per dietā dicēs ꝙ eger dꝫ nutriri rebus in quibus ē acetositas ⁊ stipti citas: ut ē caro condita cū agresta ⁊ succo eius Uel cū succo granatoꝝ uel cum aliis acetosis. Ad idē ualēt arantia: limones: granata: pruna damascena: lactuca: cocta: portulaca cocta: cō dita cū aceto uel agresta uel ptisana ordei: pira cocta: citonia cocta ⁊ amarene. De isto prete rea. Ponit curā per puluerē dicens ꝙ de tur de isto puluere. ℞. ros. ru.ʒ.x.spodii. ʒ.iii. coriandri.ʒ.v.dos. est.ʒ.iii.cum succo granati acetosi. Uel sirupo de citoniis. Ad idē dyacito oiten sine spēbus calidis triasandali dyarodō abbatis electuariū de persicis acetosis. uel cō

fectio de acetosis: uel confectio de fructibus. Ad idem troc. de spodio. Trocisci dyarodon abbatis troci. de sandalis trocisci de cāphora trocisci de berberis. Ab extra empl'm. ℞: succi plantaginis aqua ros. an̄. ℔. ſ. aceti. ℥. i. sandali al. ⁊ ru. coralli rubei coriandri p̄parati an̄. ʒ. ii. ſe. citonioꝝ seminis acetose an̄. ʒ. i. farie ordei. q. sufficit puluerizanda puluerizētur fiat empl'ūm mediocriter liquidum applicetur ori stōi. Ad idē ungtm̄. ℞: oim̄ sandaloꝝ corian dri preparati ſe. citonioꝝ. ſe. acetose semis. ber beris an̄. ʒ. ii. succi citonioꝝ. ℥. i. olei ros. ℥. iiii. puluerizanda puluerizētur buliant sil' sup cine res calidos usq; ad ꝯsumptionē coletur ⁊ adda tur colature cere. q. sufficit ⁊ fiat unguentum. Ad idē unctio facta cū oleo ros. uel oleo citōio rū uel oleo mirtilloꝝ. Ad idē. ℞. ros. ru. sā dalis corall'. al. ⁊ ru. ſeis citri an̄. ʒ. i. coriandri p̄parati. ʒ. i. ſ. ꝯquassatis fiat sacculus pro stō.

Almansor.

Si aūt cum hoc qd̄ diximus fuerit i cor pore extenuatio ⁊ inflatio egro lac ⁊ aq̄ ordei danda sūt. Ipse quoq; ex herbis hu mectantib' nutriend' ē: vt sūt lactuce mal ue cucurbite carnes hedoꝝ ⁊ agnoꝝ lactā tiū ⁊ pisces recentes. Balneū preterea an teq̄ȝ comedat ⁊ postq̄ȝ comederit ⁊ tinaȝ quotidie ingrediat. Et uinū clarū valde temperatū bibat ⁊ assidue vtat quiete ⁊ motū ⁊ exercitiū vitet sitq; totū eius regi men sicut eius q corporis grossitiem adipi sci desiderat. Et si cū hac dispositiōe inflā matio fuerit ⁊ icensio vehemētissima sto machus ex reb' frigidis ē liniendus ⁊ aq̄ ordei dāda sitq; ei' regimē ethicā hn̄tis.

Sillanus.

Ponit curā debilitatis stōi qn̄ fit a siccitate ⁊ diuiditur in qnq;. Primo ponit curā per lac ⁊ aquā ordei. Scd̄o per dietā. Tertio p balne um. Quarto per potū ⁊ quedā alia. Quinto p linimentū ab extra. Scd̄a ibi. Ipse quoq; Tertia ibi. Balneū. Quarta ibi. Et vinū. Quita ibi. Et si cū hac. De pri ma dicit ꝙ si cū his que dicta sunt sit corporis extenuatio suple arguendū ē ꝙ sit ex siccitate. se cundo p cura uult ꝙ detur lac ⁊ aqua ordei: rō q: infrigidat ⁊ humectat ⁊ lac stati resumit cor pus. Ipse quoq; Ponit curā per dietā dicens ꝙ ipse dȝ nutriri ex herbis infrigidātib' ⁊ humectantib': ut sūt lactuce malua cucurbi ta ⁊ citrulli ⁊ ex carnibus que sūt agnoꝝ hedo rū lactantium ⁊ ex piscibus: rō ē q: ifrigidant ⁊ humectant ⁊ aliq̄ ifrigidant ⁊ aliqua restaurāt corp' cito. Ad idē ualēt oia cū uio cocta ⁊ ru pta ⁊ dicitur sambaglonū qd̄ mirabil'r restau rat corp'. Ad idem ius pulli alteratū cū in frigidantib'. Ad idē distillatū. Ad idē restau ratiuū quo utuntur pratici de carnib'. Ad idem restauratiuū qd̄ dicitur marcipam. Balneū. Ponit curā p balneū ante comestionē ut fiat ir roratio ⁊ humectatio per uiā irroratōis ⁊ post cōestionē n̄ tn̄ i mediate ut attrahatur nutrimē tū ad mēbra. Et vinū. Ponit curā per potuȝ ⁊ q̄dā alia: dicēs primo ꝙ dȝ bibere uinū claꝝ temperatū: rō q: hūectat ⁊ restaurat spirit': se dicit ꝙ dȝ uti qete: rō q: qes hūectat corp'. ter tio dicit ꝙ dȝ uitare motū ⁊ exercitiū rō q: hn̄t exiccare: itē dȝ uitare coitū. Quarto dicit ꝙ ꝛgi mē ei' dȝ eē sicut illius qui uult ipinguari. Et si cuȝ. Hic ponit curā p linimentū ab extra dicēs ꝙ si cū hac dispōne fuerit inflāmatio ⁊ icensio uehemēs patiēs dȝ liniri cum oleis f̄ris sicut ex oleo ros. uel uiol'. ⁊ silibus. Scd̄o dicit ꝙ aq̄ or dei dȝ dari: ratio patet. Tertio dicit ꝙ regimen illius debet esse sicut habentis ethicam ⁊ cetera

De dolore et apostemate stōi. Sillanus

Circa rubricā ē notandū de dolore. pri mo ꝙ dolor ē sensibilitas rei ꝯtrarie su bito ⁊ fortiter iprimentis. Scd̄o notan dū ꝙ cā doloris stōi ē duplex. s. mala ꝯplxio ⁊ so lutio continuitatis. Mala ꝯplexio pōt eē cal'a uel f̄ra cū materia uel sine materia cū apate uel sine apate. Sed solutio ꝯtinentis pōt eē ex uen tositate extēdēte in stō exn̄te. Ad p̄positū rab determinat de dolore stōi ex mala ꝯplexione cū materia cū apate uel sine apate ⁊ nō ex mala cō plexione sine materia: q: de illo dixit i. c. p̄cedē ti. Notandū ꝙ signa doloris causati a mala ꝯplexione cū materia sine apate. d. sūt i. c. pre cedenti. Signa doloris causati ab apate stōi si fuerit a colera sunt dolor acutus qui sentitur in ore stōi fe. continua ⁊ amaritudo oris citrinitas coloris sitis maxima urina rubea subtilis. pul sus uelox spissus ⁊ durus. ⁊ si fuerit apa in ore stōi destruitur appetitus ⁊ apparet eminentia i pte posteriori: sit aūt fuerit in aliis partib' stōi nō apparebit eminentia nec nimis magnū nec multū eminens. rō signoꝝ pȝ. Signa si fuerit a sanguine sunt dolor grauis fe. continua sitis ru bedo oculoꝝ inflāmatio uenaruȝ: urina rubea spissa: pulsus uelox spissus ⁊ mollis ⁊ alia silia ut i predicto. c. d. ē. Signa si fuerit a phl'ate sūt dolor modicus cū grauedie ⁊ fe. lenta plus co lor albus mollities i tactu cū infrigidatōe mlri

tudo sputi pulsus paru⁹ mollis ⁊ spissus: urina nõ multũ tincta ⁊ spissa. Signa si fuerit a mlia sunt dolor cũ pondere febris oculta durities lo ci: fuscedo i colore. Urina glauca subtil' paruus ⁊ subtilis strictus ⁊ duri⁹ cogitatões male supra se ipm insõnietas mala ⁊ inordinata. Al.

Si cũ dolore stõi adsunt turbatio ⁊ angustia ⁊ nausea egro aq̃ tepi da i potu ẽ tribuẽda ⁊ ut vomat ꝑcipiendũ. Et si hoc nõ suffecerit vẽter ex yerapigra soluat. Q. ℞. pulueris ros. ru. spice mastic. xilobalsami carpobalsãi: cinamomi xilocassie asari oim ãñ. ʒ. v. alo es scotrensis dupiũ omniũ qd bene tritũ misceas cũ medicinis tritis ⁊ cũ pãno seri cino subtilissime cribellatis quarũ tritura tio cũ aloe ho iteretur cuius dos sit a pon dere duoꝝ aur. usq; ad. ʒ. ii. Egro quoq; quotidie detur panis i uino ⁊ succo mali granati ifusus ⁊ in sirupo acetoso de cito niis. Sillanus.

Determinat de dolore stõi ꝓueniente a ma teria sine apate ⁊ diuiditur i duas. Primo facit hoc. ho ponit documentũ quoddam obseruan dũ ha ibi. Ad dolorẽ. Prima i duas. Primo ponit curã p euacuatõm. ho per dietã. scda ibi. Egro quoq;. Prima i duas. Primo põit cu rã per euacuationẽ per uomitũ. ho per secessũ. ha ibi. Et si hoc. De prima dicit q̃ si cũ dolore stõi adsit turbatio ⁊ nasuea supl. arguendũ ẽ q̃ sit a materia cal'a. ho dicit q̃ ꝓ cura dз sumi aq̃ tepida i stõ. Rõ q: leuigat in stõ ⁊ laxat ipm ⁊ sic disponit ad uomitum ⁊ si nõ ualet misceatur paꝝ de oleo. Ad idẽ fiat decoctio aneti uiol'. se. atriplicis cum sirupo acetoso. Ad idẽ fiat medi cina uomitiua. Et si h. Ponit euacuatiõm per secessũ dicẽs q̃ si nõ sufficit hoc dз fieri eua cuatio per secessũ cũ ierepigra cuius descriptio est recipe pulueris ros. ru. masticis spicis xilo balsami carpobalsami ciamomi xilocassie assa ri ãñ. ʒ. v. aloes scotrensis ad duplum omniũ qd bene tritum cum aliis misceatur medicinis bene tritis ⁊ cum panno serico subtilissimo cri bellentur quarum triturato cũ aloe duplo ite retur Dos. ẽ pondus aureorum. ii. Ratio reme dii ẽ: quia tales medicine euacuant coleram ra tione aloes ⁊ simili ratione fl'a. ratione aliarũ medicinarum secum mixtarum. Ad idem. ℞ florum uiol'. florum borbginis ãñ. ʒ. s. pruno rum damascenorum. x. tamarindorũ elcõrum ℥. i. uuarum passarum. ʒ. ii. corticum mirobala norum bene gumosorum infusorum per noctẽ in decoctiõe predictorum. ℥. i. fricentur de mãe ⁊ colẽtur ⁊ collature addatur cassiefist. ℥. s. de tur in aurora. Notandum q̃ ante dbet preceder syrupus digestiuus talis ℞. ordei mundi. ℥. ii. endiuie scariole. ãñ. M. i. quattuor seminũ frigidorum mundatorum ãñ. ℥. i. florum uiol'. ros. ru. an. ℥. i. uini mali granati. ℥. i. zuccari al bi. iii. quart. Fiat syrupus clarificatus us que ad lb. i. Ad idem ualet oxizacara cũ aqua ordi ul' ẽdiuie ul' cũ aqua frigida Egro quoq; Ponit curam per dietam dicens q̃ egro debз dari panis infusus in succo malorum granato rum ⁊ siruppo acetoso de cetõis. Ratio quia ratione stipticitatis confortant stomachum: ⁊ ratione frigiditatis alterant complexionem ca lidam. Ad idem ualet succus ordei uel auene: ⁊ si esset nimis debilis patiens detur aqua pul lorum uel hedi decoctacum portulacis lactu cts cucurbitis endiuia agresta ⁊ uinum de gra natis.: Bibat iulep uel syrupum ros. uel. uiol' uel uinum de granatis uel agrestã cum aqua decoctiõis lactucarum endiuie portulace Almansor.

Q. si cũ dolore ructuum multitudo ⁊ extẽsio atq; singultus: egro electuariũ dia ciminũ ⁊ diacalamentũ ⁊ alie confectio nes que ventositatẽ consueuere quas i. c. c. de colica noiabimus danda erunt. Ci baria quoq; ei⁹ sint calagie ⁊ mutage: at cũ se. vini veteris puri parũ bibat ⁊ vtat mtou ⁊ ingrediatur balneũ. Sillanus

Ponit curam doloris stomachi sine apostema te facti in materia frigida specialiter quãdo fit a frigiditate: ⁊ diuiditur in quattuor. Primo ponit curam per cõfectionem. Secũdo per die etam. Tertio per motum ⁊ balneum. Quarto p unctionẽ. Secunda ibi. Cibaria quoque. Tertia ibi. Et utat. Quarta ibi. Stõachus De prima dicit q̃ si cũ dolore sit ml'titudo eruc tuatiõis ⁊ singlt⁹ arguẽdũ ẽ q̃ dolor stõi fit a uẽtositate. rõ signoꝝ pз. Secũdo dicit q̃ ꝓcu ra dз dari diacium elec. d calamẽto ⁊ alie cõfe ctões disoluẽtes uẽtositatẽ suple quales sũt dia nisũ dyagalãga dyatriõ pipeõ cõfec. d sẽinib elec. de baccis lauri. Ad idẽ ualз tiriaca ãtiqua ardẽte. Ad idẽ vз aq̃ ardẽs sola. Ad idẽ ualet ab extra saculus de sale ⁊ milio torrefactis. Ad idẽ uẽtosa sine scarificatiõe posita supra stõm ad idẽ ualз unguẽtũ ℞. rute. M. i. castorei. ʒ ii. anisi. ℥. i. aristol'. lon. ℥. ii. uini ru. ℥. iii. olei la urini. ℥. iiii. cõquassãda cõquassetur buliãt sup cineres calidos usq; ad cõsumptionẽ uini cole

tur ⁊ colature addatur cere.q .sufficit ⁊ fiat un
guentum. Ad idẽ ualet unctõ stomaci facta cũ
oleo de ruta uel de enula: uel de pulegio uel de
aneto uel laurino: uel de spica uel de kerua Ul'
fricatio cum aqua uite ⁊ sum expertus. No
tandum ꝙ si dolor ꝓueniat a materia fl'atica
anteq̃3 dentur el'ec. cõpetit tal' syrupus. ℞. mẽ
te absinthii isopi capill'. ueneris recentium añ.
M.i. corticis radicis fẽiculi petroselini: añ q̃rt.
ʃ. anisi maratri ameos. añ. ʒ.i. liq̃ritie rase uua
rum passaꝝ mũdataꝝ ab arill'. añ. ʒ.i. aceti. al
ʒ.i. mell' el'ci. zuchari. al. añ. ℔.ʃ. fiat sirupus
clarificatus usque ad q̃rt.v. Ad idẽ ualet oximl'
simplex sq̃lliticũ. Medicia laxatiua ẽ talis. ℞
floꝝ boraginis buglose. añ. ʒ.i. anisi. ʒ.ii. liq̃
ritie rase uuaꝝ passaꝝ mũdataꝝ ab arill'. añ ʒ.
v. polipodii q̃rcini. ʒ.ʃ. cortic. mirobalãoꝝ bñ
gũmosoꝝ infusoꝝ ꝑ noctẽ in decoctiõe ꝑ̃dicto
rum. ʒ.i. fricẽtur de mane fortiter ⁊ colentur: ⁊
colature addatur turbith bñ gũosi mũdi iteri
us ⁊ exteri⁹. ʒ.i. ʒʒ. ℈.i. detur i aurora. Ad idẽ
ualet dyarob cũ turbith dẽtur. ʒ.ii. uel. ʒ.ʃ. si
patiens sit fortis. Ad idẽ dyacitoniten soluens
fl'a: Ad idẽ dyasinitionis. ʒ.iii. Ad idẽ el'ec. idi
ʒ.iii. Si uero dolor stomaci ꝓueniat a m'ia cõ
petit talis sirupus. ℞. boraginis cũ toto corti
ce radicis feniculi petrosil'. añ quar.ʃ. interioꝝ
sq̃lle. ʒ.i. mẽte isopi scolopẽdrie capill'. ueneris
recentiũ. añ. M.i. ani. maratri cuscute añ. ʒ.i.
liquiritie rase uuaꝝ passaꝝ sine arill' añ ʒ.i. ace
ti al. ʒ.i. mell' el'ci zucari el'ci añ. ℔.ʃ. fiat siru.
clarificatus usq̃3 ad q̃rt.v. Ad idem v3 oximel
sq̃lliticũ cũ ꝺcoctiõe boragis ⁊ buglosse. Me
dicina laxatiua tal' ẽ. ℞. floꝝ boragis buglose
añ. ʒ.i. anisi. ʒ.ii. rase uuaꝝ passaꝝ mũdataꝝ
ab aril' añ. ʒ.i. thimi epithi polipodii q̃rcini añ
ʒ.ʃ. corticis mirobalanoꝝ indoꝝ bñ gũmosoꝝ
infusoꝝ in decoctione ꝑ̃dictoꝝ ꝑ noctẽ. ʒ.i. cole
tur ⁊ colature addatur lapidis ar. ʒ.i. detur in
aurora. Ad idẽ cõfectõnis amech. ʒ.iii. uel. ʒ.ʃ
Ad idẽ diacitoniten soluens m'iaꝫ mesue. Ad
idẽ dyasene. ʒ.ʃ. Cibaria uero. Ponit curã
doloris stomachi facti a materia frigida dicẽs
ꝙ cibaria debent esse cũ spẽbus cõdita ratio
patet. Secundo dicit ꝙ debet sumere paꝝ uini
ueteris. Ratio quia stomachum calefacit ⁊ ce.
Et utatur. Põit curã ꝑ motũ ⁊ balneũ dicẽs
primo ꝙ ꝺbet uti motu. Ratio quia motus
calefacit ⁊ exiccat. Secundo dicit ꝙ debet igre
di balneũ. Ratio p3. quia calefacit ⁊ ꝯfortat di
gestionẽ ⁊ cõsumit materiã q̃ remãsit ⁊c. Al.
Stomachus qnoq̃3 ex oleo de nereidẽ.
vt dixim⁹ i pãno i uoluto uaporetur. Sil.

Ponit curam ꝑ unctionẽ dicens ꝙ stõachus
debet ungi cum oleo de spica. Al.
Si aũt cũ dolor' stõi fuerit fe. ⁊ aꝑa ma
nifestũ ⁊ cũ tangitur sentit' caliditas eger
prius ex basilica phlebotomet' ⁊ loco do
lenti duo supponant' sanddli ⁊ ro. ⁊ cam
phora cũ aqua rof. ⁊ succo citonioꝝ. Nu
trimentũ vero ei⁹ non sit nisi sola ordei aq̃
⁊ custodiat' a carne ⁊ uino ⁊ cofectõibus
que de melle fiunt ⁊ bibat succum grano
toꝝ muzorum ⁊ rob de fructibus frigidis
Cũq̃3 caloris uehemẽtia sedata fuerit egro
cassiefist. cũ succo endiuie dissoluta ac bul
lita ⁊ dispumata ad bibendũ det'. Silla.
Ponit curam doloris stomachi prouenientis
ab apostemate: ⁊ diuiditur in duas. Primo po
nit curã quãdo ꝓuenit ab apostemate calido.
Secundo quando ꝓuẽit ab apostẽate frigido
Secunda ibi. Cũ aũt. Pria i duas. Primo
ponit curã apostẽatis calidi ñ cõuersi i duritiẽ.
Secũdo põit curã aꝑat3 cal. cõuersi i duritie3
Secunda ibi. Cũq̃3 aut egro. Prima i q̃ttu
or. Prio põit curã ꝑ phlebotomiã. Secũdo ꝑ
unũ locale. Tertio ꝑ dietã. Quarto per medici
nã laxatiuã. Secunda ibi. Et loco. Tertia ibi
Nutrimentũ. Quar. ibi. Cũq̃3 caloris. De
pria dicit ꝙ si cũ dolore stõachi fuerit apostẽa
mãifestũ cũ tagitur sentitur eger calidus. suple
arguẽdũ ẽ ꝙ apostẽa sit a sãguie ul' colera. Se
cũdo dicit ꝙ ꝓcura cõpetit flebothomia facta
ex basilica. Ratio patet: qa ꝑ flebothomiã eua
cuatur materia sãguiea directe. si apostema sit
sanguineũ: ul' colera i directe si apostẽa sit cole
ricũ. qa refrigerat. Et loco. Põit curã ꝑ unũ
locale dicẽs ꝙ sup loco ꝺbili: s. stõacho d3 sup
poni epithia de sãdalis rof cãphora aqua rof
⁊ succo citõioꝝ. Notãdũ ꝙ epithia põt põi sic
i forma. ℞. aq̃ rof. ℔.ʃ. succi citonioꝝ q̃rt.ʃ.
sãdal'. al. ⁊ ru. an. ʒ.ii. cãphore. ℈.i. pl'uerizãda
pl'uerizẽtur misce oia ⁊ ualet a pricipio: q: ẽ fri
gidum stipticum repercussiuum. Ad idem
ualet emplastrum de sandalis. rof. farina ordei
oleo rof. ⁊ aceto. Ad idem unguatur locus
cũ oleo rof. puro ⁊ aceto paꝝ. In augumẽto ⁊
v3 ualet unguẽtũ hoc. ℞. folioꝝ malue malua
uischi añ. M.i. ordei mũdi ʒ.i. axungie gallie
anatis ⁊ anseris: añ. ʒ.i. dactiloꝝ piguũ quar.
ʃ. mucillaginis seminis lini mucillaginis fenu
greci añ. ʒ.i. conquassanda cõquassentur ⁊ mi
sce omnia fortiter ⁊ fiat emplastrum. Ad idem
emplastrum factum de faria fẽugreci seminis
lini ⁊ maluauischo ⁊ oleo de camomilla ⁊ uitel
a ouorum. Ad idem. ℞. farine fenugreci sem

nis lini aneti camomille.s. florũ eius. añ.℥.iii.
piguedinis anatis anseris galline añ.℥.i. mal
uauischi cocti ⁊ bene mũdati a ligno intrinseco
bene pistati ℔.i.corporentur simul ⁊ si inquire
retur inspissatio incorporentur cum farina fru
menti uel sigilis ⁊ ponantur.℥.iiii.mell' ⁊ pona
tur calidũ sup apostẽa. **Nutrimentum.** Po
nit curam per dietã dicens ꝙ nutrimentũ non
sit nisi sola aq̃ ordei rõ q2 īfrĩdat ⁊ lenit ⁊ prepa
rat. Secundo dicit ꝙ debet cauere a carnibus
uino ⁊ confectonibus de melle ratio quia cale
faciunt ⁊ augent materiam apostematis. Ter
tio dicit ꝙ debet bibere succum granatorũ ace
tosorum ⁊ succum de fructibus frigidis ut piro
rũ citoniorꝝ. Ratio q2 infrigidant ⁊ sua stiptici
tate solum confortãt. **Cumqꝫ caloris.** Ponit
curam per medicinã laxatiuã dicens ꝙ si calor
nõ intẽsus imo remissus fuerit ⁊ per cõscquẽs
egritudo fuerit in declinatione egro debet exhi
beri cassiafist. dissoluta in succo endiuie. causa
est q2 nõ debet dare medicinam fortem qñ est
apostẽma in stomacho q2 non purgaret mate
riã peccãtẽ: sed agitaret. ideo cõueniunt leni
tiua dicta supius: q2 nõ inducũt dolorẽ. Notã
dũ ꝙ post euacuationẽ ĩ tali tẽpore trocisci de
ros. si recipiãtur cũ iulep uł siru. ros. ualẽt. Al.

Cum aũt egritudinis dies elongati fuerit ⁊ calor oio qeuerit si remanserit apostẽa cũ duritie ex h̄ emplo epitief loc' q ℞ uio larũ siccarum ʒ.x.ros.ru.ʒ.v.spice odori fere. masticis amboru añ.ʒ.iii.cipi sqnãt calãi arõatici omniũ añ.ʒ.ii. farĩe fẽugre ci.ʒ.xx. florum camomille semis maluaui schi.al.farĩe ordei omniũ añ.ʒ.x.cõspgã tur omnia ex mucillagine se. lini.deĩde lo cus ex oleo de neriden tepefacto inũctus empłastretur ex p̃dictis p quattuor horas antequã comedat. Et postq̃ꝫ cibus fuerit digestus ⁊ stomachus fuerit euacuatus ex oleo de nereidẽ Cũ lana ut diximus uapo ret. Confectio olei nardini simplicis. ℞. olei d ben.℔.i.spice.℥.ſ.masticis costi cipi sqnanti calami aromatici oim añ.octaua ℥.i.oĩa hec pulnerizata in p̃dicto oleo posi ta ad solẽ per ebdomodã vnam vasis ore clauso dimittãtur: deĩde colent ⁊ exp̃mã tur feces ⁊ scose que in manibꝰ remãserit empłis admisceãtur optĩe enĩ erũt. Silla.

Ponit curã apostematis calidi cõuersi ĩ du
ritiẽ: ⁊ diuiditur ĩ duas. Primo ponit curã per
empłm. Scđo per unctionẽ. Scđa ibi. **Et post
quã.** De prima dicit ꝙ si egritudo fuerit pro
longata ⁊ calor cessauerit si remanserit apa cũ
duritie supra stõm dꝫ poni empłm. ℞. uioł. sic
carũ.ʒ.x.ros.ru.ʒ.v.spice odorifere masticis
amborꝝ añ.ʒ.iii.cipi sqnanti calami aromatici
ʒ.ii.farine fenugreci.ʒ.xx.florꝝ camomille semi
nis maluauischi.al farine ordei. añ.ʒ.x. cõsp
gantur omnia ex mucillagie semis lini. postea
locus ex oleo de spica tepefacto inũctus empłe
tur ⁊ hoc ãte cõestionẽ per quattuor horas ad
idem ualet empłm de melliloto. Ad idẽ empłꝫ
dyaqlon. Ad idẽ cerotuꝫ isopi descriptõe gał.
uł descriptõe philagrii. Notãdũ ꝙ apa calidũ
potest conuerti in duritatẽ dupliciter. Primo
per ea que ab extra aplicantur: ut sunt olea for
tissima resolutiua partis subtilis ⁊ remãet gros
sum: ideo cessat febris. Secundo ex heorogeni
ate materia: Quia primo resoluitur materia
subtilis: ⁊ ideo ualet empłm dictum: quia molli
ficat ⁊ resoluit ⁊ dꝫ poni ante cibationẽ ut cibus
ñ ipediatur in digõne. **Et postq̃ꝫ.** Ponit curã
per in unctionẽ: ⁊ diuiditur ĩ duas. Primo facit
hoc. Scđo ponit descriptionẽ olei de spica. Se
cunda ibi. Cõfec. olei ⁊c. De prima dicit ꝙ pꝰ
q̃ꝫ cibus fuerit digestus ⁊ stomachus euacuatꝰ
ungi dꝫ cũ oleo de spica cũ lana ut dictum ẽ: q2
fcã mollificatõe tale oleũ resoluit. Ad idẽ ualẽt
olea ⁊ ungtã.d.in.c.de cõfortãtibus stõꝫ. **Con
fectio.** Ponit descriptionẽ olei nardini qđ sic
fit. ℞. olei de been.℔.i.spice.℥.ſ.masticis costi
cipi squnanti calami aromatici oim añ.octauã
ptẽ.ʒ.i.hec oia pulverizata ĩ oleo dicto posito
ad solẽ per ebdomodã ore uasis clauso dimittã
tur. deinde colentur ⁊ extrahantur feces ⁊ scose
que in manibus remanserint oleis misceantur
quia erunt optime. Al.

Cũ aũt apa in stõ inueterauerit troci. d spica erunt dandi. Qui. ℞. florꝝ sqnanti silocassie rauedsẽi calãi arõatici spice om niũ añ.ʒ.iii.croci mirre anisi costi piperis oim añ.ʒ.i.bdelii varii.ʒ.iii.masticis.ʒ.ii. armoniaci.ʒ.i.ĩformẽtur troc. quorꝝ unus qsqꝫ ponderet aur.i. x qbus vnꝰ quotidie cũ vino cocto def. Empłm quoqꝫ istud fi at ꝙ. ℞. bdelii mollis.ʒ.x.armoniaci.ʒ.v. se.been se.apii amborꝝ añ.ʒ.x.spice masti. nigri amborꝝ añ.ʒ.v.cere.ʒ.iiii.olei de neri den.ʒ.xv.gũme ĩ vino dissoluant. deĩde oia cõiungãt ⁊ fiat ex eis empłꝫ. Ad do lorẽ tñ stõi ⁊ epatis curandũ medicꝰ valđ eruditꝰ est necessariꝰ qui ipsorꝝ diligẽter at tendat dispõnes. Nos tñ aggregatões ⁊ sũmas ad hoc cõferentes iã diximus. licet in quantum potuimus in hoc abbreuiare mus sermonẽ. Sillanus.

Sillanus.

Ponit curam apostematis frigidi: ꝛ primo per trociscum. secūdo per emplastrum. secunda ibi. Emplm. De prima dicit qđ ubi apa in stō iueterauerit trocisci de spica sūt dandi q sunt. ℞. floꝝ squnanti zilocassie reuedsemi calami romatici oium añ. ʒ. iii. croci mirre costi ai si pipis omniū añ. ʒ. i. bdelliū uarii. ʒ. iii. masticis. ʒ. ii. armoniaci. ʒ. i. fomētur trocisci quorū unusquisque pōderet auř. i. oī die detur unus cū uino cocto. Ratio quia subtiliant incidunt ꝛ resoluunt materiam. Emplm. Ponit curā per emplastrum dicens ꝙ debet fieri hoc emplastrum. ℞ bdelii moll. ʒ. x. spice masticis nigri amboꝝ añ. ʒ. v. cere. ʒ. iii. olei de neridē. ʒ. xv. gūme i uino dissoluatur deide omnia coniugantur ꝛ fiat emplastꝝ ex eis. Ad idē fiat emplastꝝ ceroneon quarti. i. ſ. malaxetur cū oleo amigdalaꝝ dulcium extendatur supra corium ad quantitatē mediī palmi ex utraqꝫ parte. Ratio qꝛ mollificat subtiliat ꝛ resoluit. Ad dolorē Ponit unum documentum dicens ꝙ ad dolorem stomaci ꝛ epatis remouendum necessariū est habere medicum peritum qui diligenter inuestiget dispositiones. Ratio quia ex errore cōmisso in istis membris sequitur error in aliis cū in istis fiant digestiones ex quibus nutriūtur alia membra. Secundo dicit ꝙ aggregationes ꝛ summas de hoc conferentes iam dixit licet iā abreuiauerit sermonem inquantum fuerit possibile. Notandum ꝙ in stomacho ex apostemate stomaci potest cāri ulcus. Ideo sciendū primo ꝙ ulcus ē solutio continuitatis cum sanie. Secundo notandum ꝙ ulcus stomachi fit aut propter rupturam apostematis stomaci. Aut ex materia uenenosa uel acuta ulcerante substātia stomaci aut fit a causa extrinseca. Tertio notandum ꝙ signa significātia super ulcus stomaci sunt dolor stomaci in loco in quo ulcus existit ꝛ ꝙ est fortior si comedat res acutas ꝛ acetosas ꝛ in egestiōe atque uomitu apparet sanies atqꝫ ructus eius uel sanies uel uētositas eius que exit ab ore fetet ꝛ post digestionē alleuiatur a grauitate ꝛ dolore. Ratio signorum patet bene intelligenti. Quarto notādum ꝙ ulceris cura ꝙ fit i stomacho est ut mūdificetur bene cū aqua decoctionis ordei que debet dari in aurora uel ante uesperas uel mūdificetur cum aqua decoctionis gummi arabici ꝛ liquiritie Aut aqua cāsei. ꝛ in hoc in estate sed in hyeme eisdem horis sumat decoctiōis mellis aut ordei aut aqua decoctionis ysopi squinanti ꝛ mellis uel mel rosis colatum cum aqua cali. Et sit quantitas cuiuslibet qualibet hora. ℥. iiii. uel. vi. post mundificationem per duas horas ante coestionem sūatur medicamen ꝙ sic fit. ℞ ros. balaustiarum karabe añ. ʒ. ii. boli ar. ʒ. iii. fiat puluis de quo sumatur bis in die. ʒ. ii. cū. ℥. iiii. succi citonioꝝ uel siruppi cum aqua decoctiōis sumac aut mirtillorum uel portulace Ab extra ponatur supra locum emplastrū quod sic fit. ℞. boli. ar. mūmie mirre masticis aloes añ. terrantur ꝛ incorporentur cum. ℥. ii. picis nauallis aut resine fiat emplastrum

De singultu Silla.

Circa rubricam est notādum ꝙ singultus ē motus expulsiue uirtutis naturalis stomaci incitati a uirtute sēsibili propter nocumentum expellendum ꝛ dicitur quasi spasmus stomaci. Secundo notādum ꝙ singultus ē duplex. quidam est de repletione. quidam est de inanitione sicut spasmus. Tertio notandū ꝙ singultus ꝛ spasmus differunt ꝛ cōueniunt. Conueniūt primo quia ambo possūt causari ex inanitōe ꝛ repletione. Secundo qꝛ sicut spasmus est cōtracō neruorum uersus suā originē ita singultꝰ ē ꝯtracio stōi ꝛ ꝯtiū eiꝰ vsus suā originē. Sed differunt qꝛ in singultu est cōtractio uillorum: ꝛ in spasmo contractio neruorum: quia spasmus est passio nerui ꝛ singultus est passio uillorum stomaci. Secundo differūt qꝛ in spasmo ē ita cōtractio ꝙ post modū nō ē dilatatio nisi curetur. Sed in singultu q̄uis ꝓmo sit contractio tñ postea seqtur dilatatio. Sed in singultu ē ꝯtrariū quia post ꝯstrictio sequitur. Quarto notandū de causis singultus. Cause aut sunt intrinsece: aut extrīsece. si extrinsece sūt sicut frigiditas aeris: ꝛ hoc pꝫ: quare cū nutrix pueroꝝ stomachus nimis ifrigidatur de facili icurrunt singultū: aut nimia repletio cibi ꝛ potus corruptio in stō: aut assumptio rerum acutaꝝ: sicut piperis ꝛc. Et specialr qñ pꝰ vinū sumitur: qꝛ facit ꝙ imiscētur pipi. si uero singultus fit ꝓpter causas intrīsecas. aut hoc ē propter stōm: aut ꝓpter alia mēbra: aut ꝓpter apa capitis: aut casum: aut percussionē. Aut fracturam carnei: aut ꝓpter apa epatis: aut humores mordicantes acutos pungitiuos aut acetosos delegatos a toto corpore ad stōm:. si uero fuerit ꝓpter stomachū: aut hoc ē ꝓpter humores frigidos inuiscatos: aut calidos pungitiuos: aut propter apostema: aut ulcera: aut propter nimiū sensūm: aut ꝓpter nimiā inanitōꝫ. Quinto notandum de signis singultus. Si fuerit

ppter causas extrinsecas manifestatur ex iudicio patientis. Si fuerit ppter causas aliorum membrorum aut totius. Similiter patet ex iudicio patientis. Signa si ueniat ex inanitõe sunt: quia uenit post febré et post longam corporis afflictioné et post labores et post abstinentiá: et post euacuatóes lógas per secessũ uel per uomitũ: et nó fit subito sed paulatim. Signa si fuerit ex repletõne sunt: quia fit subito et absque alia egritudine pcedente longa. ante cibũ bene se habet et post male: quia si stetit in lóga quiete et se ipleuit. Signa si fuerit ppter humores frigidos in stõ inuiscatos sũt quia iuuatur a calidis et sentitur frigiditas in stõ. Signa si fuerit pp hũores calidos sunt quia iuuatur a frigidis et sẽtitur caliditas pũctura et mordicatio in stõ. Signa si fuerit pp nimiũ sensũ stõi sunt quia patitur a qualibet re facili singultũ. Signa si fuerit ppter apa stõi sunt febris dolor et nausea et alleuiatur ifirmus post uomitũ et assellationem magnam. Signa si fuerit ppter ulcera sunt quia cum sumuntur acuta et pungitiua tũc sentitur dolor et aggrauatio in stõ. Signa pnostica. Primũ singultus in crisi bonis signis apparentibus bonũ quia significatur crisis per uomitũ. Signa uero signa mala appareant malũ: quia significatur spasmus Secundũ singultus eueniẽs post quácũque euacuationem superfluam siue naturalé siue artificialem malũ est signum. Tertiũ si post uomitũ singultus non sedatur neque minuatur: sed potius augeatur malũ. Uel apa stõi uel ianitio sequitur tunc malũ é pnosticandum etc.

Almansor.

Um singultus post grossi cibi cõestione aut vini valde tempati bibitõnem superuenerit aq̃ calida in qua ciminũ et menta et mentastrũ et parum thuris bullierit multotiens in potu é sumẽda. Et egro vt dormiat est precipiendũ et venter vaporandus et ieiunandũ est ei Cũ aũt per multos dies a cõestõe abstinuerit iubendũ est balneũ sepe ingredi. Deinde paucis cibis desiccantibus tamen é alédus sicut sunt galagie et mutagenat cũ seminibus et vini parũ puri in potu tribuédũ. Et si hec nó suffecerint trocisci isti dádi sunt qui dicunt de thure. Rx. thuris. ʒ. v. enule. ʒ. iii. métastri foliorum rute sicce ambarum añ. ʒ. ii. seis sisimbrii. ʒ. iii. ʃ. iformétur trocisci ex eis pondere aurei. unius ex quibus unus in die cum apozimate cimini tribuatur. Silianus.

protensione spūs ⁊ sanguinis ex corde ad
exteriora. Sentire aūt fit recepta sensibi-
li forma in organo sensus: que oīa dicunt
motus ⁊ passiones corporeas. Sed maxīe
ꝓpriū ⁊ sepatū opus esse videt᷑ intelligere
eo ꝙ vniuersale intelligit᷑ qꝺ est simplex ⁊
denudatū a materia ⁊ appēditijs mãe. ⁊ iō
nō est forma impressa alicui mēbro corꝑali
cuiꝰ motu expleat᷑ intelligere: sed potiꝰ est
simplex cōceptus mētis sine hic ⁊ nūc sed
vbiqȝ ⁊ semꝑ in eadē rōne manens. qꝺ nō
est cōueniēs alicui forme corporali. Si aūt
hoc ipsum intelligere qꝺ est oꝑatio possibi
lis intellectꝰ qñ in actu fit est i fantasia: aut
nō sine fantasia: tunc neqȝ hoc opus vtiqȝ
cōtingit esse sine corpore quod mouet᷑ uel
patit᷑ in ipsa oꝑatione: ⁊ tūc nō erit separa-
tim cōueniēs aīe ƀm se. dico aūt intelligere
possibilis intellectꝰ aliqñ esse fantasiam: ⁊
aliqñ nō sine fantasia nō simpliciter intelli
gens ꝙ intelligere vnqȝ sit fantasia: sed qꝛ
possibilis intellectꝰ accipit formā q̄ est ex
fantasmate: oportet ꝙ fantasie motꝰ ad in-
tellectū termineť. Sunt autē quidā hoīes
ideote nō discernentes vł̓e a particulari: sȝ
ꝓsequūť rōnē vniuersalis in particulari ꝑ
mixtā ⁊ illoꝝ intelligere ē fantasia forma-
lis: eo ꝙ imixtū est ei. Alij aūt distinctū
accipiūt vniuersale a ꝑticulari: qꝺ est i fan
tasia formali: ⁊ illoꝝ intelligere: eo ꝙ oriť a
fantasia: non est sine fantasia formali. Fā-
tasia eni duplex est: qꝛ ⁊ ipa virtus aīe que
fantasmata recipit fantasia ē: dicimꝰ ꝙ oꝑa
tio intellectꝰ possibilis est fātasia uł nō sine
fantasia. taliter aūt distinguēdo coīcās cor
pori: ⁊ coīcans ei qꝺ coīcat corpori euitabi
mus errorē alex. qui dicebat in oībus aīaȝ
cōmunicare corpori: ⁊ ideo nō esse separa-
bilē a corpore. Nos eni ostendemus in se
quentibus ꝙ id qꝺ cōmunicat non corpori
sed ei quod est cōmunicans corpori: ƀm se
est separatuȝ: neqȝ corrumpit᷑ nisi ƀm sic ⁊
simpliciter non: vel nisi ƀm quid ⁊ nō sim-
pliciter. Si quidē igit᷑ est aliquid anime
oꝑerū aut passionū ꝓpriū vtraqȝ cōmunica
tione exclusa: tunc contiget vtiqȝ animā eē
separatam nūc in oꝑatōe: ⁊ aliquādo se-
parari a corpore ⁊ esse per se. Si vero nul-
la est ꝓpria ipius: tunc non continget ipam
separari ƀm esse ⁊ substantiā: licet forte ƀm
diffinitiōem aliquā non coexistens corpori
⁊ in corpore intelligat᷑. Erit enim tunc de
anima sicut de mathematicis que non ha-
bent esse nisi in hac sensibili materia: et ta-
men accidunt eis quedam non in materia
intellectis: sed acceptis ƀm se separatis: si-
cut est videre in recto: quia linee recte mul-
ta accidunt que non conueniūt ei ƀm ꝙ est
in mā sensibili: sicut est ꝙ spera enea tangit
ipm in puncto: que tamē spera enea nunqȝ
tanget ipm sepatū in pūcto ƀm actū: sed po
tius tanget ipm coniūctū cū materia sensibi
li nō in pūcto sed in suꝑficie: ⁊ tamē ƀm in-
tellectū acceptū rectū: ⁊ nō i materia lignea
vel cuprea: vel alia materia sensibili: nō tan
getur a quacūqȝ spera nisi ƀm punctū: ⁊ sic
erit de anima. Si eniȝ in omnibꝰ partibus
suis: aut cōmunicat corpori: aut cōmunicat
cōmunicātibus corpori: tunc potest accipi
separata ƀm intellectū inquātū agit opera-
tione que non expleť motu alicuius partis
corporis: sed tamē ƀm esse ⁊ veritatē natu-
re nunqȝ erit separata: quia semper indiget
vel exiget illius cooperatiōem quod corpo
ri cōmunicat: sicut spericū quod separatuȝ
intelligit᷑ ⁊ diffinitur: sed tamen ƀm esse in-
separabile est a corpore sensibili. Et nos q
dem in sequētibus ostendemus ꝙ anima
humana multas habet operatōnes separa
tas: sed modo inducemus ratōnes quorū-
dam probantes ꝙ habet cōmunicātes.

Uidentur eniȝ anime passiones omēs
esse cum corpore cōmunicātes: licet in vna
sit plus qȝ in alia communicās: quia que-
daȝ fiunt sine motu locali partiuȝ corporis
⁊ sine phisica alteratōne: sed tamē nō fiunt
sine receptione forme: vel intentionis for-
me: que est alteratio cōmuniter dicta. Cuȝ
motu autem ⁊ alteratōne corporis fiunt de
siderium: mansuetudo: timor: confidentia.

Adhuc autē gaudiū ⁊ amare ⁊ odire. In
omnibꝰ ei his monet̄ cor ꝑm dyastolem vel
sistolē: ⁊ compatit̄ anime corpꝰ. Hec autē
indicat diuersitas hominū in passiōibꝰ his.
quidaꝫ enim in duris ⁊ manifestis ꝑiculis
passionū coincidētibus in eos nihil ad irā
ꝓuocant̄ ꝓpter complexionē factā ⁊ stan⸗
tem in eis: ⁊ aliqui eorū nō timent in talibꝰ
sicut habētes multū sanguinē: ⁊ corda cali⸗
da. Aliquādo autē aliqui a ꝑuis causis et
infirmis periculorū mouent̄ et ꝓuocant̄ ad
iram quādo corpus irascibile ⁊ ita disposi⸗
tum est ac si irascat̄: sicut est in colericis ca
lida hn̄tibus corda ⁊ sanguinē leuē qui faci
le dirigit̄ sursum. Adhuc autē magis mani
festant̄ hec in his qui timētes fiunt ex suis
corporis dispositiōibus quādo nulla causa
terroris est in passiōibus: sicut accidit mul⸗
tis viris qui sicci sunt: ⁊ facti pauci spiritus
⁊ pauci caloris in corde. Manifestū est er⸗
go ex dictis ꝙ passiones sunt ratiōes que⸗
dam ⁊ intentiones que in phisica mā sunt
mota ⁊ alterata phisico motu ⁊ alteratione
Sensus autē ⁊ imaginatio: ⁊ cetere anime
sensitiue apprehēsiōes nō fiūt sine recepta
tione formarū in organis corporū: que rece
ptio quedā est alteratio: licꝫ nō sit alteratio
phisica. Et ideo harū passionū sunt tales
ratiōes vt si dicat̄: irasci est motus huiꝰ cor⸗
poris cuius sanguis accēsus est: aut partes
huius sicut cordis quod mouet̄ p̄mo in ira
ꝑm sistolē quādo cōturbat̄: ⁊ post ꝑm dya⸗
stoleꝫ quādo petit vindictā: aut potētie que
coniūcta est huic corpori: aut parti corporis
⁊ ab nocumēto illato: ⁊ ꝓpter hoc malū in⸗
ferendū in vindictā. Cum autē omnia hec
ī phisica materia scripta sint: phisici erit cō⸗
siderare de anima aut omni si omis anima
est talis: aut de anima huiusmodi que taliū
est operum ⁊ passionum.

Capitulū septimum: qualiter differēter
cōsiderat phisicus de eis que hic querūtur
a dyaletico ⁊ mathematico et methaphisi⸗
co ⁊ mechanico digressio quedam.

Phisicus autē ⁊ dyaleticus diffiniūt
differēter vnūquodqꝫ istorū que dixi
mus esse aīe opera ⁊ passiones. Si eīꝫ que
rimus quid est ira intendētes de diffinitiōe
querere dicet dyaleticꝰ ꝙ est appetitꝰ cōtra⸗
rij doloris: aut aliquid huiusmodi diffiniēs
per intentōes cōmunes formales que non
sunt vā causa rei ꝓp̄a: sed intentōes cōmu⸗
nes inuēte in pluribus ⁊ nulli ꝓp̄e: ⁊ ideo
diffinit ꝑ formā que forma de se cōmunis
est ⁊ nō appropriat̄ ad esse rei nisi ꝑ ꝓp̄am
materiā vniuscuiusqꝫ rei. Phisicꝰ aūt dicꝫ
ꝙ ira ē accēsus vel ascensus ⁊ calefactio san
guis circa cor tangēs ꝓp̄am causaꝫ efficiētē
que est ascensus ⁊ calefactio sanguinis ⁊ ꝓ
priā materiā que est sanguis cordis huliēs
⁊ subiectū quod est cor. Et hoc quidē aliꝰ
reddit materiā ꝓp̄am. s. phisicꝰ: alius autē
reddit speciē et intentionē forme simpliceꝫ
⁊ cōmunē que est rei ratio cōmunis. Hic
enim considerat ratōem siue intentiōem cō
munē rei eo ꝙ nō descendit ad ꝓpria. Ille
autem considerat principia realia que dant
esse rei. Necessariū autem est ꝙ ista realia
p̄ncipia sint in materia huiusmodi que de⸗
terminata ⁊ ꝓpria est si erunt ⁊ habent esse
in natura: sicut etiā domus ratio differēs est
assignata ⁊ cōsiderata a dyaletico ⁊ mathe
matico qui naturalē imitat̄: sicut ars imita⸗
tur naturā. Dicet eni dyaleticꝰ ꝙ domꝰ est
operimētū siue receptaculū ꝓhibens aeris
corruptōnes: que sunt excellētia frigoris et
excellētia caloris ⁊ corruptiōis imbrium ⁊
caumatū. Mathematicus autē dicet ꝙ la
pides et ligna sic compaginata vel ligata:
Alius vero ab vtroqꝫ istoruꝫ est qui in his
materialibus determinatis prebet in diffi⸗
nitōe sua speciē que est intentio domus ꝓ⸗
pter finem qui dictus est: h̄ est vt ꝓhibeat
corruptōnes: Queramus igit̄ quis horum
diffinientiū sit phisicus: vtrū ille sit phisicꝰ
qui considerat materiā ⁊ ignorat rōem in⸗
tentionis forme: aut ille qui solum est circa
ratōem que est cōmunis rei intētio ⁊ conce
ptus: aut ille qui est ex vtrisqꝫ: quoniam ex
inducta differētia mathematici ad dyaleti
cū possumus cognoscere eum qui ꝑfectus
est phisicus: quoniā diximus ꝙ quidā illo
rum quodāmodo vterqꝫ est: quia ⁊ prebet
formā rei ꝓpter determinatū finē inductā:

⁊ prebet eaȝ in hac determinata materia in qua habet esse ẜm rem. Queram⁹ etiā ꝙ si nos concesserim⁹ ꝙ phisic⁹ ꝑfectus vtrūqȝ facit: vtrū ipse sit circa alias formas ꝙ̄ sint forme que sunt passiones materie determinate: que nomine suo ⁊ diffinitōe cōcernūt materiā corporis mobilis vt mobile: ⁊ non separāt̄ ab ipa per nomē ⁊ diffinitionē siue ratōem: ⁊ ipe phisic⁹ cōsiderat tales inq̄tū nō separant̄: etiā si ẜm aliam aliquā rōem separari possent. Verbi gratia: quoniā phisicus est considerās carnē: que nec nomine nec ratōe separat̄ a phisica materia: que est corpus trāsmutabile inquātū est trāsmutabile: ⁊ si in alia materia carnis ⁊ nomen et species esse ponatur erit equiuocū nomē ⁊ species carnis ẜm veritatē non est in alia: sed ẜm similitudinē solam. Cōsiderat etiā mathematic⁹ quātitatē que nō est forma sequēs trāsmutabile corpus inquātū trāsmutabile: sed potius sequēs corpus inquātuȝ est corpus: sed phisic⁹ nō cōsiderat sic quātitatem: sed potius ẜm quod nō separatur a trāsmutabili corpore inquātū est mutabile quia considerat quātitatē nō ẜm ꝙ est quātitas: sed ẜm ꝙ est terminus magnitudinis augmēti vel diminutōnis: aut ẜm ꝙ est dispositio mobilis loq̄t̄. Phisicus igit̄ circa omnia illa est quecūqȝ sunt phisici corporis inquātum est sic trāsmutabile: ⁊ considerat omnia opera talis materie ⁊ omnes passiones eius. Quecūqȝ autē sunt quidē in phisico corpore ⁊ nō sunt his similia: ꝙ. s. sint forme ⁊ opera ⁊ passiōes ipius phisici corporis in eo ꝙ est phisicū: sed potius a volūtate ⁊ arte inducunt̄ in phisica corpora illa sunt alterius qui mechanicus dicit̄: sicut ē mechanicus qui dicit̄ instructor siue architector qui structuras: siue etiam medic⁹ qui circa corpus humanū facit incristeriū ⁊ embota ⁊ huiusmodi instrumēta. Scire enim causas corporis humani phisici est nō medici: sed forme que ẜm esse non sunt separabiles a phisicis corporib⁹ sed semꝑ inueniunt̄ in eis: ⁊ tamē non sequūt̄ corpus phisicum inquātū phisicū est: eo ꝙ nō sunt phisici corporis inquātū mobile est: ẜ sunt ẜm ratōem ante ipsum: ⁊ sequūt̄ corpus inquātum est corpus: ⁊ ideo dicāt̄ esse phisici corporis ex remotiōe: quia sunt eius quod abstrahit a phisico corpore. Omne eñ phisicū corpus est corpus: sed non cōuertit̄: ⁊ ideo abstrahit corp⁹ a phisico corpore. Quecūqȝ igit̄ sequūt̄ ad corpus ẜm ꝙ abstrahit a phisico corpore sunt ante ꝑncipia phisica: ⁊ idō de illis erit alius philosophus qui mathematicus vocat̄: cuius tamē omnia considerata sunt in phisico corpore: sed tamen non trahūt ratōem ab ipo: ⁊ ideo non cōcipiunt in nominibus suis materiā sensibilē ⁊ mobilē: sed intellectualē magnitudinē tm̄. Et huius ratio ē: quia nihil diffinit̄ per ea que consequūt̄ ipsum ẜm naturā: sed poti⁹ ꝑ ea que ipsum ẜm naturaȝ antecedūt. Et cum omnia que sunt trāsmutabilis corporis ꝑncipia consequāt̄ ẜm naturā ea que sunt ꝑncipia corpis simpliciter accepti: oportet necessario ꝙ nihil eoꝝ que sunt phisici corporis vt est phisicū cōcipiat̄ in ratione eorum que sunt corporis vt est corpus. Non sunt tamē illa separata omnino: quoniā ꝯcipiūt in ratōnibus suis subiectū intellectuale qd̄ ē magnitudo que ẜm naturā antecedit corpus vt est corpus. Sicut autē dixim⁹ ꝙ corpus per naturā antecedit phisicū corp⁹: ita ens ⁊ substātia ⁊ huiusmodi per naturā antecedunt corpus ⁊ magnitudinē: ⁊ sunt ista ẜm se separata: ⁊ per accidēs coniūcta: cuȝ materia corporū que sunt quāta ⁊ mobilia: quoniā ista ẜm se esse realiter inueniunt̄ aūt h in intelligētijs ⁊ substantijs separatis: et de his est ꝑmus philosoph⁹ ẜm ꝙ in ꝓhemijs diximus libri phisicorū. Dixim⁹ etiā multa de his in scđo phisicoꝝ: cū certitudine aūt hn̄t in ꝑma phia determinari.

Tractatus secūdus ꝑmi libri de anima in quo agit̄ de anima ẜm opiniones alioꝝ capitulū primū de his qui diffiniebāt aiaȝ ꝑ hoc ꝙ ipa est motiuū quoddā.

Dubitabit autē fortasse aliquis an verū sit quod dixim⁹ dyaletici diffinitōem per solam formā eē datā cum forma pars sit rei ⁊ non toti⁹ videt̄ fortasse nō predicari de toto: sicut neqȝ dicere

possumus ꝙ homo est anima: p̄dicant̄ aūt
ea que sunt dyaletica de toto: nō ergo vide-
tur esse forme simplices que predicāt̄ in lo
gicis: sed poti⁹ potētia ⁊ act⁹ cōiūcta videt̄
esse precipue cuꝫ simplex de cōposito vere
nō predicetur. Adhuc autē cum potētia ⁊
actus sint p̄ncipia cuiuslibet generis: sicut
in phisicis declaratū est ⁊ p̄cipue principia
sb̄e: ⁊ logicus sūmat p̄dicata genera vl̄ spe
cies: videbunt̄ omnia illa esse cōposita ex
potentia ⁊ actu: et non esse solius forme et
speciei intētiones. Amplius autē omnino
diffinitio cōposita est: ⁊ nullū simplex diffi
nit: cum simplex sit vnū solū: ⁊ omnis dif
finitio ꝯtineat plura: videbit̄ forte alicui ex
his ⁊ similib⁹ verū non esse quod dictū est:
logicū solam formā cōsiderare ⁊ speciem.
Similiter autē non videt̄ phisicū ꝯsiderare
materiā solaꝫ: quia materia p̄ncipiū cogno
scēdi rem non est: ⁊ ꝓbatū est in scd̄o phisi
coꝝ: phisicū debere inducere oēs causas.

Omnib⁹ autē huiusmodi ratōib⁹ respō-
dētes dicim⁹ ꝙ forma rei dupliciter pōt cō-
siderari sicut dicit auic. vno eni modo consi
derat̄ vt est actus rei ⁊ pars esse eius: ⁊ hoc
modo non de re predicat̄. Alio aūt modo
vt est intētio rei abstracta a re: ⁊ sic p̄dicat̄:
quia est intētio totius ⁊ nō partis. totū eniꝫ
significat̄ sub qualibet forma que in ipō est
siue sit generis siue differētie siue spēi siue
ꝓprij siue accidētis: ⁊ b̄m ꝙ significat̄ stās
sub aliqua illaruꝫ formarū: sic abstrahit̄ ab
ipō vniuersale: ⁊ est illud vniuersale intētio
totius sui: ⁊ ideo p̄dicat̄ de toto. Et has in-
tentōes toti⁹ cōsiderat logicus: ⁊ quedā ea
rum sunt accepte vt simplices: ⁊ quedā si-
cut cōposite: intētio accepta a toto b̄m ꝙ si-
gnificat̄ sub forma generis vt genus est: et
intētio accepta de toto b̄m ꝙ significat̄ sub
forma differētie: ⁊ intentio accepta de toto
b̄m ꝙ significat̄ sub forma ꝓprij: ⁊ intentio
accepta siue abstracta de toto b̄m ꝙ signifi-
catur sub forma accidētis simplices sunt ⁊
intentōnes sunt totius: ⁊ ideo de toto sicut
dictū est p̄dicant̄. quia sicut dixim⁹ totū po
test optime significari stans sub forma que
est essentialis ⁊ accidētalis: ⁊ si est essentia
lis potest esse pars dūmodo illa forma sim
pliciter ⁊ b̄m totū insit ⁊ nō b̄m partē: sicut
sunt quedā accidētia que b̄m partē insunt:
vt ethiops qui dicit̄ esse albus dentē. forma
autem speciei cōposita est: ⁊ quia diffinitio
dicit quidditatē rei vel speciei: ideo et ipsa
plura ꝯtinet: sed nō est cōposita ex materia
⁊ forma: sed potius ex genere ⁊ differentia
quoꝝ gen⁹ est loco materie: ⁊ differētia lo-
co forme: tamē illud quod est loco materie
non est materia sed est forma generalis ab
stracta: non a qualibet materia: sed a mate-
ria ꝓpria que est ꝓportionata forme que est
differētia. Et si ꝓprie velim⁹ loqui dicem⁹
ꝙ est abstracta: nō a materia sed a toto b̄m
ꝙ significat̄ totū nomine materie ꝓxime: si
cut si dicam significari hominē b̄m ꝙ ē ani
matum sensibile corpus. sic eni est materia
ꝓxima homini: ⁊ quod abstrahit̄ ab eo b̄ꝫ
ꝙ sic significat̄ est forma generꝭ que ē aial.
Sic igit̄ patet qualiter intētiōes cōmunes
abstracte a rebus: aliquādo sunt simplices
⁊ aliquādo sunt cōposite: ⁊ tamē semꝑ p̄di
cant̄ de toto: ⁊ quādo sunt cōposite nō sunt
composite nisi ex genere ⁊ differētia: ⁊ non
ex materia ⁊ forma: quoꝝ genus est sicut
materia: differētia vero vt actus: ⁊ hoc mo-
do intelligit̄ ꝙ potentia ⁊ act⁹ sunt p̄ncipia
generū. Si aūt quis obijciat: ꝙ b̄m hoc
si potētia est gen⁹ ⁊ potentia est p̄ncipiū ge-
neris: quo modo ergo erit p̄ncipiū generis
dicem⁹ ꝙ potētia simplex non est gen⁹: sed
potētia cōtracta ꝑ drīam: ⁊ si illa differentia
est intrinseca ita ꝙ faciat summū in vna or-
dinatōe p̄dicabiliū: tūc facit generalissimū
eo ꝙ ante illud nihil est quod vniuoce pre-
dicet̄. Sed si differētia est quasi extra ⁊ po
nit in partē p̄dicamētoꝝ vniuocoꝝ: tūc fac
gen⁹ subalternū vel spēm. vbi gratia: sicut si
dicā: ens p̄dicat̄ vniuoce. Si aūt addā dif-
ferentiā que non coartat in p̄dicabilib⁹ vni
noce: sed in his que p̄dicāt̄ equoce b̄m ano
logiā: vt dicā ens ꝑ se exn̄s: tūc facio gen⁹:
vel si dicā ens in alio nō ꝑ se: vt mēsura en-
tis ꝑ se: vel vt dispō entis ꝑ se. Si aūt dicā:
ens ꝑ se aiatū: tunc facio gen⁹ sbalternū vel
spēm sbalternā: ⁊ simil̄r est in alijs generi-
bus accidētiū. Dicim⁹ igit̄ ꝙ potentia sim
plex nō determinata ꝑ differētiā coartantē

anologiā entis est pͣncipiū generis: ꝛ simplex est intentio. Que autē coartat̄ in genere ꝑdicabiliū vniuoce ꝑdicatorū: illa nō est in genere nisi sicut actus in potētia: ꝛ nō est pͣncipiū generis: nisi forte gener⁊ quod alia cōsideratōne est species. Ex his igit̄ patet qualiter logic⁹ solas cōsiderat formas intē tionū cōmunes. Similiter aūt ex opposito phisicus nō cōsiderat materiā solam: sed si cōsiderat materiā illa erit hui⁹ p̄hice forme materia: ꝛ ideo materia ꝑm ꝙ cōcipit̄ a forme nomine ꝛ ratōe erit pͣncipiū cognitōnis ꝛ nō p se: sicut ꝛ mechanicoꝝ null⁹ ligna et lapides cōsiderat nisi ꝑm ꝙ inducit̄ in eis forma dom⁹: quia aliter nō esset vnq̄ꝫ materia diffiniēs: neqꝫ aliqđ pͣncipiū cognitiōis sed quia phisic⁹ cōsiderat formas trāsmutationis ꝑm esse: ꝛ esse habēt trāsmutatiōis a phisica materia: ꝛ ab his que insunt phice materie: ideo dicit̄ ꝙ phisic⁹ mām ꝯsiderat Cōsiderat tamē oēm causam ꝑm ꝙ refert̄ ad esse quod habꝫ in materia: quod solum est esse nature ꝛ reale. Et cōsiderat mouentem siue efficientē ꝑm ꝙ mouet mām ꝛ formam ꝑm esse quod habꝫ in materia: ꝛ finē ꝑm ꝙ est termin⁹ motus quo mouet̄ materia: ꝛ mouet ipsam ꝑm ꝙ est subiecta forme ꝑm esse quod habet forma in materia. Et sic patet solutio eorū que in hac questiōe generabāt difficultatē. In logic⁹ autē de ipis plane dictū est vel plenius. Sed nunc redeundū vnde nostra ratio erat ꝑus. Dicebamus autē prius ꝙ passiones anime non sunt separabiles a phica mā aiatoꝝ ꝑm ꝙ sunt hmōi timor desideriū: quoꝝ diffinitiones cōcernūt materiā sensibilē: ꝛ non sunt sicut linea ꝛ planuꝫ que sunt p naturā ante phicū corpus sicut dixim⁹ eo ꝙ sequūt̄ magnitudinē vt magnitudo est: ꝛ nō phicū corpus ꝑm ꝙ est phicū corpus. Sic ergo phisice intendētes de anima determinare: necessariū est vt simul cū his que intēdimus dubitem⁹ de his de quibus oꝫ dubitare bñ volētē tractare de anima. Et hoc est vt attēdamus diligēter opinionē ꝑoꝝ antiquorū recitātes omniū illorū sentētias: quicunqꝫ de ipa aliquid cōtulerūt: vt bñ quidē dicta accipiamus. Si vo aliquid ab aliquo non bene dictū est: hoc vereamur ꝛ abnūciam⁹ licet ꝛ hoc ipm dignū sit narratōe: qꝛ nobis dāt occasionē ꝛ abūdare nos facit.

Capitulū secundū de opinionib⁹ eoruꝫ qui animā per cognoscitiuū diffiniēdā esse dixerunt.

Rincipiū autē questōnis est ꝑm artē demonstratōis in posteriorib⁹ analeticis determinatā ꝙ appono in pͣncipio ea que maxime cōuenire vident̄ anime ꝑm se ipaꝫ: qꝛ ex his māifestabūt̄ nobis ea q̄ sunt posterius: ꝛ ꝑm aliqđ cōueniētia. Animatum autē differt ab inanimato in hoc ꝙ habet animā duo operātē in ipo que sunt motus ꝓcessiuus hꝫ locū ꝛ sensus. vegetatiua enim a quibusdā non dicunt̄ habere aiam ꝑm partē anime: vt in libro de plantis habebit̄. Anima autē rationalis non videt̄ a quibusdā ꝑm eandē ratōnem nomē anime participare cum alijs. Animatū ergo quod perfectā habet animā: ꝛ que vere anima ē: differt ab eo quod non est animatū tali aia: in eo ꝙ est motiuū ꝑm locū: ꝛ in eo ꝙ ē sensitiuū. Et hec duo dicta de anima a ꝓgenitoribus nostris qui patres nostri in philosophia fuerūt accepim⁹. Dicūt eim quidā ꝛ maxime q̄tū ad cōmunitatē ōis anime: ꝛ ꝑmo qđē q̄tū ad ſᵇaliter inesse omni aie animā ei esse id quod mouet ꝑm locū totū corpus ꝛ membra: non quidem sicut natura mouet ad vnū ꝛ eodē modo: sed ꝙ mouet ad plura ꝛ multis modis: sicut vegetatiua ad digerere: nutrire ꝛ augere egerere ꝛ generare: sensibilia autē ad plura q̄ patent Et hec dixerunt qui existimabant ꝙ nihil mouet aliud qđ ipm in seipso non moueat̄ putabant enim non posse aliquid alij dare dispositōem quā in seipso non habet: hoc ē qua non disponit̄. Et ideo putabāt id qđ non mouetur in seipo nō posse mouere aliquid alterū: ꝛ quia mouet anima corpus arbitrati sunt animā esse aliquid de numero eorū que mouent̄ a seipis. Et quia eorum que mouent̄ ꝑmi nisi causam materialeꝫ ꝛ corporalē viderūt: omnino nihil distinguētes de causa efficiēte formali et finali: ideo

ponebant ꝙ id quod maxime motiuuz est
in corporibus est anima. Est autē hoc ca-
lor ⁊ ignis: ⁊ ideo democritus animā dixit
esse ignem quēdam aut calorē. Cum enim
iste ponat omniū ꝓncipia eē athomos: que
sunt infinitarū figurarum: sicut diximus in
primo libro pygeneos: dicit illos athomos
constituere animā: que sunt spēi siue forme
rotunde ⁊ figure. Et quia animā dicit esse
ignem aut calorē: eo ꝙ vidit calorez natura-
lem esse instrumētū anime: ideo dicit ꝙ ille
athomi que sunt rotunde cōstituūt ignem ⁊
calorē ⁊ animā. Athomi autē ille sunt sicut
descissiones minutissime que discurrunt in
aere: que videnť in radijs solis: que ingre-
diunť per portas ⁊ fenestras domorū. Ha-
rum eīm descissionū omne semē democritꝰ
dicit esse elemēta omniū rerum naturaliū.
Idem autē dixit collega democriti leucip-
pus: ⁊ nos ipsorū ratōes posuimꝰ in primo
libro pygeneos. Inter hec autē illa q̄ sunt
rotunde forme ⁊ figure dicunt esse animaz
ꝓpter id ꝙ hec figura omnino vel per om-
nia vt asserunt possunt penetrare precipue
quādo circūferentia est minima. Cuiꝰ sunt
due cause simul iuncte. Una quidez: quia
id quod secundū punctū tangit hꝫ minimū
tangit ⁊ maxime penetrat. Circūferētia au-
tem sperici quocꝫ vertat non nisi secūdum
punctū tangit: siue tāgat planū siue spericū
in eo ꝙ est circūferentia. Figure autez alie
etiā hm punctū qui est in angulo ⁊ hm latꝰ
possunt tangere: ⁊ ideo non semp maxime
penetrāt. Alia autē causa iungenda isti ē ꝙ
linea circularis citius obliquať q̄ꝫ aliqua li-
nea recta versus eādem partē protracta ad
quā curuať circūferētia: ⁊ ideo minꝰ resistit
penetratiōi: quia igiť videbāt animā vbiqꝫ
adesse corpori: ponebant ipam esse rotūdū
indiuisibile penetrans per totuz: ⁊ quia ro-
tundū est volubile de se: eo ꝙ non est statuſ
alicuius super punctū: cum punctus nō sit
locus alicuius: sed superficies ⁊ rotunduz
quocunqꝫ voluať semper est in vno puncto
tm̄: ⁊ ideo suum non est stare: sed perpetuo
moueri. ponebant arbitrantes animaz esse
rotundū perpetuo mouenſ seipsum: ⁊ ideo
potens mouere omnia reliqua: ⁊ hoc dixe-
runt sicut diximꝰ: quia arbitrati sunt ꝙ ani-
ma est id quod adhibet animalibꝰ motum
localem in toto ⁊ in membris: ꝓpter quod
dixerunt ꝙ terminus ⁊ distinctio vite ē per
respiratōem: quoniā positio eoruz fuit sicut
veritas est ꝙ omne animal habet cor l' mē-
bruz aliud quod habet in corpore vices cor-
dis: ⁊ hoc motu dyastoles ⁊ sistoles exsuf-
flat ex se spiritū vitalem: ex motu autē incē-
dereť nisi esset spiritus refrigerans vel inte-
rius in corpore existens vel exterius: sicut
in respirantibus: tamē spiritū quocūqꝫ mo-
do in corpore hominis factū dicebant esse
respiratōnem animā hmōi spiritū esse dicē-
tes. Dicebant enim ꝙ nullum aliud auxi-
lium fit celesti virtute ad vitam per quā aīa
infundať nisi ꝙ aer qui continet corpa ani-
mata attractus in respiratiōe conducit secū
figuras spericas per quas reprimit eas fi-
guras que interiora penetrant: ne exeant q̄
ꝓhent animalibus motum: sicut principia
semper per se mota: eo ꝙ nunq̄ꝫ contingit
quiescere ꝓpter ipsas per seipas motas vt
dictum est. Dicunt enim ꝙ ingrediēntibus
in animalia huiusmodi figuris in respiran-
do ꝓhibent ille que ingrediuntur illas que
fuerunt disgregari: prohibent autē hoc co-
operātes hoc est opera sua faciētes aerem
conducētem athomos rotundas ⁊ conden-
santem eas intus vt vndiqꝫ impleant: ⁊ pe-
netrent: ⁊ moueant. Dicunt autē vnūqdqꝫ
aīal viuere tā diu: quousqꝫ h̄ potest ꝑficere
Videť autem ꝙ id qd̄ inueniť a pitagori-
cis dictum de anima tandem habeat intel-
ligentiā quo ad hoc ꝙ ponūt hbale esse mo-
tiuum anime: ⁊ ꝙ ꝓpter illud habet diffini-
ri. Et ideo quidam pitagorici ponentes p̄n-
cipia prima esse indiuisibilia hm quātitatē:
aliquando dixerant ꝙ anima erat athomi
rotunde: sicut ⁊ democritus dicebat. Et hu-
ius causa fuit: quia nō poterant videre cō-
positiōem aliquam in rebus nisi eam que
est quātitatis: ⁊ cum illam in principia re-
soluere vellent: putabant ꝙ diuisio staret in
athomis. Alij autem posteriores pypate-
tici subtilius aliquid intelligētes viderunt
vtrūqꝫ. quia idem indiuisibile non poterat
esse mouens ⁊ motuz: neqꝫ poterat esse gn

multa mouentia vnius figure rotunde haberent quādam vnam materiā communē: que moueret in omnibus eis: et videbant bene ꝙ hoc mouens non fuit figura: ꝛ figura est de consequētibus naturam ꝛ esse ꝭm ratiōem licet concomitet̄ ꝭm temp⁹: ꝛ ideo quasi corrigentes dictum antiquorū patrū suorum: dixerunt ꝙ illud quod est ꝑ se mouēs omnes athomos rotundas est anima: tamē dixerūt conueniētes cum antiquis ꝙ prima mouētia mota sunt athomi: eo ꝙ cōtinue mouētur etiam si sit tranquillitas nimia. Huius autem causa phisica est: quoniam athomi causant̄ ex reliquijs vaporū elevatorū dupliciter. quoniam quando eleuantur vapores sunt quedam minima minus commiscibilia ꝓpter terrestreitatez q̄ȝ alia: ꝛ illa euadunt in aerem quādo cetere partes vaporū eleuātur. Similiter aūt quādo resoluūtur vapores: terrestria magis sicca separātur ꝛ manēt in aere: ꝛ hoc quia habent in se calorem eleuant̄ a loco vbi eleuata sunt mouētur sursum: ꝛ ꝑ natūrā grauis que est ex terrestreitate mouent̄ deorsum: ꝛ aliquādo ex motu ipo calefiunt: ꝛ tunc velocius reascēdunt sursum: ꝛ sic habēt mot⁹ incertos in aere. In idem autem feruntur quo ad dicti causam omnes illi qui dicunt animā esse aliquid motiuū seipsuȝ mouēs. Omnes enim isti conueniūt in hoc ꝙ motiuū esse magis sit ꝓpriū ꝛ substantialius anime: ꝛ ꝙ omnia alia moueātur ꝓpter animam: ꝛ animā moueri ꝑ seipam: eo ꝙ supponebant ꝙ nihil mouet ꝑ se: nisi ꝛ ipsum moueatur: sicut nihil calefacit per se: nisi ꝛ ipsum sit calidum: ꝛ ideo ponebāt isti omnia corpora phisica esse plena animab⁹ mouētibus ea cōtinue. Rō autē istorū fuit que posita est in octauo phisicorū. Videbāt eiȝ omnia mota ꝛ mouētia reduci ad vnū mouens seipsum primū: ꝛ putabant ꝙ esset in mouentibus: sicut in alijs causis formalibus et efficientibus: que per se et vniuoce referuntur ad effectum. In omnibus eniȝ illis eadem est forma in causa ꝛ effectu ꝭm ratōnem ꝛ speciem: ꝛ ideo putabant ꝙ motus quem largitur p̄mum mouens̄ ei quod mouetur esset per speciem ꝛ ratōem in forma mouentis: ꝛ ideo dixerunt primū mouens necessario moueri. Hoc autē non est necessariū in his que per essentiā suam totam mouentur: quoniam in illa essentia nihil potest esse motum. Et est simile huius ac si diceremus calorem simplicez esse calefaciētem: in ipo nihil esset calidum: neqȝ disponeret̄ per calorem: et hoc illi discutere nescierūt. videbant autem ꝙ mouens seipsuȝ non est nisi animatū: ꝛ ideo credebāt ꝙ anima esset ꝑncipium mouens seipsum: ꝛ qui primo ponebant numeros inter pitagoricos: quēadmoduȝ fecit plato: qui dixit prima continua ꝛ solida ꝓportionibus numerorū fieri: sicut patet in secūda parte thimei: dicebant animā esse numerū seipsum mouentem. Hec igitur positio antiquoruȝ verissimam habuit causam dicti sui: licȝ falsa sit in eo quod dicit: sicut patebit in sequētibus. Similiter autem ꝛ anaxagoras animam dicit per se ꝛ essentialiter esse mouentem omne quod mouetur: ꝛ cuȝ anaxago. conuenit quicunqȝ alius dixit ꝙ intellect⁹ agens purus ꝛ immixt⁹ omne mouet quod est in natura. Hec enim positio ē anaxag. ꝛ est subtilior q̄ȝ ꝑhabita: licet minus̄ sit certificata per determinatiōem dictoꝝ anaxa. Non enim dixit anaxago. animā penitus idem esse cum intellectu: sicut dixit democritus. Democritus enim dixit idem omnimo ꝛ penitus esse animā omnem qđ intellectum eo ꝙ ex hisdem athomis constituitur. Cum enim intellectus sit virtus apprehendens ꝛ distinguens verū ꝭm ꝙ verum est adequatio rerum et intellectuum: dixit democritus verum esse quicquid videtur ꝛ sentitur. Et cum idem obiectuȝ sit eiusdem virtutis: erit ꝭm eum eadē virtus sensus ꝛ intellectus. Et ideo laudat Homerum: ꝛ verum dicit eum dicere in heroicis: vbi dixit ꝙ hector sapiēs iacet: quoniā sicut dixit Aristoteles: in libro de problematibus: Hector patiebat̄ aliquādo vsqȝ ad sensus amissiōem ꝛ amentiam: et tunc quia caruit sensu: caruit etiam intellectus vsu. Et hoc dixit Democritus Homerū ideo dicere: ꝙ sensus et intellectus essent omnino idem. Non eniȝ democritus vte-

batur intellectu tanq̃ potentia quadã quẽ
est circa veritates simplices rerum abstra-
ctas a materia ⁊ materie appendithis: sed
omnino idem dicit esse animã ⁊ intellectũ.
Anaxagoras autem minus certificat de di-
ctis suis que sit sua intentio. Multotiens
enim inuenitur in dictis suis: q causam ve
ritatis ⁊ motus bene ⁊ recte dicit intellectũ
simplicem: ⁊ alibi confundit sensum dicto
rum suorum: et dicit esse intellectum idem
cuz anima sensibili: ⁊ hoc sequitur ex dicto
suo vbi dicit: q intellectus est in omnibus
animalibus magnis ⁊ paruis ⁊ honorabi-
libus que discernũt intellectum vel hone-
stum: ⁊ in honorabilibus que de honesto in
morib⁹ nihil discernunt: ⁊ ratio fuit anaxa.
quia vidit omnem multitudinẽ que est sub
specie vna exire ex vna natura speciei: et
omnem multitudinem que est sub genere:
exire ex vna natura generis: ⁊ ideo posuit
omne mouens per scientiam ⁊ cognitiõem
exire ab vno mouente primo per intellectũ
⁊ non esse differentiam nisi tñ ƀm eẽ quod
habet in hoc ⁊ in illo: ⁊ ideo dicebat sensuz
in substantia idem esse cum intellectu: sed
per esse differentẽ: ⁊ eẽ causa est adumbra-
tionis eius. Et peccabat iste: quia licet vna
natura prima sit ex qua exit: tamẽ sunt dif-
ferentie huic nature aduenientes: et alias
essentias constituentes. quia nos videmus
q intellectus qui denominatur a pruden-
tia: ⁊ informat virtutibus intellectualibus
non videtur omnibus animalibus inesse:
⁊ licz natura intellectualis participetur ab
omnibus hominibus: tamen virtus intel-
lectiua ad actum relata: non equaliter ab
omnibus participatur: quia videmus vnũ
multo magis esse dispositum ad intelligen
dum q̃ alium. Hoc igitur modo quicũq̃
antiquorum considerant quidditatem ani-
me per id quod mouetur: dicunt animam
esse aliquid quod maxime ⁊ primo ⁊ essen
tialius motum est: siue hoc sit athomus: si-
ue numerus: siue intellectus: sicut dixim⁹.

Capitulum tertium de opinione que et
motiuo ⁊ cognoscitiuo animã dicit esse diffi
niendã in quo etiã est de opinionũ collatiõe

Quicunq̃ autez dixerunt animã esse
diffiniendaz penes cognoscere ⁊ sen
tire ea que sunt attribuendo cognoscitiuuz
esse velut magis essentiale ⁊ motiuum esse
sicut potentiam que consequitur essentiam
anime: isti dicunt animam esse p̃ncipia re-
rum naturalium materialia vel agentia: q̃
alia p̃ncipia non viderunt: ⁊ differunt: quia
alij inter eos dixerunt ista p̃ncipia esse plu-
ra: ⁊ alij dixerunt ea esse vnum. Empedo-
cles enim qui dixit sex esse p̃ncipia: mate-
rialia quatuor: ⁊ duo agentia: dixit animaz
esse ex omnibus his elementis: ⁊ animam
esse vnũquodq̃ istoruz. Et ratio quidẽ
inducens istos fuit subtilis. videbant eniz
q nihil est quod sit potentia omnia fieri: et
nihil eorum ƀm actum in natura: nisi mate-
ria prima: ⁊ cum hanc ꝓprietatẽ in cogno-
scitiua potentia anime inuenisset: ⁊ p̃cipue
in intellectu potentiali arguebant cognosci
tiuam potẽtiam ⁊ intellectum potentialem
esse aliquid materie prime: sicut adhuc ho-
die multi errantes faciunt noym ⁊ materiã
idem arbitrantes. Cuius adhuc aliam in-
ducunt rationẽ fortiorem dicentes nihil re-
strigere potentiam materie nisi formã: pro-
pter quod videmus materiã determinataz
quantitate ⁊ cõtrarietate esse paucioru for-
marum capacem: q̃ sit materia determina
ta quantitate tm̃. Similiter autem materia
non determinata quantitate eẽt amplioris
capacitatis formarum: q̃ illa que quãtita-
te determinata est. Hoc autem est: quia ex
formis non habet nisi formam p̃mam. for-
ma autem p̃ma est que constituit essentiam
p̃mam in ordine rerum naturaliũ: hoc autẽ
est intellectualitas: sicut ꝓbabit̃ in p̃hia pri
ma. hec igit̃ est potẽtia capiens omnes for-
mas inferiores ꝑ amplitudinẽ potẽtie ma-
terialis que est in ipsa. Ampli⁹ autem vna
potestas nature erit in oib⁹ in qb⁹ ẽ ꝑ p̃nci-
piũ vnũ ⁊ idẽ. Sz potẽtia recipe formas: et
actu nõ hr̃e quedã est ptãs nature: que ẽ in
materia ⁊ in anima: ierit ergo ratiõe vnius
⁊ eiusdem principij. hoc autem principium
nõ est nisi materia: ergo oportet q materia
prima faciat h̃ in anima. Iste rationes ⁊

similes que adhuc detinent multos indu-
xerunt primos phos ad hoc ꝙ dixerũt ꝙ a-
nima est ex principiis materialibus nature
Adhuc autem ipsi supposuerunt ꝙ cogni
tio non existit anime nisi per assimilatiõem
cognoscentis ⁊ cogniti: sicut ⁊ verum est.
Adhuc autem ponebant aliam propositio
nem veram ꝙ nihil cognoscitur nisi a prin-
cipiis suis sicut etiam probatur in pricipio
phisicorum: ꝙ intelligere ⁊ scire circa om-
nes scientias non est nisi ex principiis cau
sis ⁊ elementis rerum. Et posuerunt iterꝫ
tertium verum ꝙ anima cognoscat omnia
Et sillogizabant ꝙ cognoscens omnia si-
mile est in forma cum principiis omnium
nihil autem est simile cum principiis oim
nisi quod est ipsa principia prima vel ex ip
sis principiis primis: igitur anima aut erit
ipsa principia prima: aut ex principiis pri-
mis constans: hec igitur sunt que induxe-
runt antiquos ad dicendum animam esse
principia reruꝫ vel ex ipsis. Et ꝑpter pau
citatem exercicii in studio non sciuerunt ꝙ
alia est potentia cognitionis: ⁊ alia materie
quoniam illa que est intellectus possibilis
⁊ cognoscitiue potentie proporcionatur vlï
⁊ perticulari quibus perficitur ꝫm actum
potentia auteꝫ materie proporcionatur for
mis ꝫm esse quibus ꝫm actum efficitur ⁊
perficitur: propter quod i aia nõ est mã vel
intelligentia: sed potentia in aliquo mate-
rie similis ⁊ in aliquo dissimilis. Siliter au
teꝫ quãdo antiqui videbant ꝙ cognitio nõ
existit in anima nisi per assimilationem co
gnoscentis ⁊ cogniti: si vidissent ꝙ hec assi
miliatio fit per intentiones rerum: ⁊ non ꝑ
essentias earum: eo ꝙ intentio lapidis est
in anima: ⁊ nõ ipse lapis nõ errassent. Sꝫ
nesciuerant illud ⁊ posuerũt assimilationeꝫ
non posse fieri nisi ꝫm formam esse perfici
entem ⁊ dantem: ⁊ ideo in errorem inducti
sunt. Sed de omnibus his nobis inferius
erit inquirendum. Sed ea que hic dicta sũt
ad excusatiõem antiquorum sunt dicta vt
sciamus quoniaꝫ subtiles rationes fuerũt
que eos iduxerunt. Sic igitur Empedo-
cles dixit anime assimilationem fieri cum
omnibus quia ex principiis est omnium: ⁊
ideo terra cognoscit terrã: ⁊ ether quem ae
rem esse voluit cognoscit ethera: ⁊ aquam
aqua ⁊ quia spiritualior est ignis ideo dixit
hoc manifestum esse ꝙ anima igne cogno-
scit ignem: ⁊ in efficientibus principiis idẽ
dixit quoniam concordia cognoscit concor
diaꝫ: ⁊ discordia cognoscit discordiã. Hec
igitur ẽ opinio empedoclis de anima. Eo
dem autem modo ħ est per eandem rõeꝫ
plato in thymeo animam dixit esse ex ele-
mentis non quidem ex eisdẽ que dixit em
pedocles sed ex aliis que plato omnium
posuit elemẽta: habuit enim idem inducẽs
quod habuit Emp̃. quantum ad similitu-
dinem intellectus possibilis cum materia
Et quantũ ad hoc qd̃ est cognitioneꝫ fieri
per assimilationem cognoscentis ⁊ cogniti
⁊ ꝙ non sit cognitio rerum nisi per pricipia
rerum ⁊ ideo dixit cognosci simile simili: ⁊
res esse ex eisdem principiis ex quibus sũt
cognite. Et verum in hoc dixit plato: sicut
patet ex predictis. Sicut autem dixit i thy
meo ita etiã determinauit in dictis suis de
phia prima vbi loquitur de primis rerum
principiis. Ibi enim dixit ꝙ ipsum anial
qd̃ est forma separata ⁊ est genus continẽs
in se species animalium existens ante hoc
constituitur ex ipsa ydea vnitatis ⁊ prima
longitudine ⁊ latitudine ⁊ a latitudine. Et
alia que sunt in alia coordinatione alterius
generis constituũtur simili modo ⁊ non fuit
platonis intellectus irrisorius quemadmo
dum multi crediderunt. In omnibus eni
vnitas est a forma ⁊ oportet ꝙ in quolibet
genere vno fuit vna forma prima ꝫm inten
tionem que est genus illud. Et illa forma
reduplicata de potẽtia in actũ cõstituit spe-
cies diuersas ꝫm ꝙ reduplicatur ad diuer
sos actus: hanc igitur formam quia separa
tam posuit pla. vocauit ydeã qd̃ latine so-
nat forma: eo ꝙ omnia sequentia format.
Separatam autem posuit eo ꝙ per essen-
cialia sibi non dependet ab aliquo posteri
orũ. Nullo ei aiali existẽte i spẽ ⁊ idiuiduo
adhuc ꝑmanet sb̃a aiata sensibil' eo ꝙ ñ tra
bit eẽntiã ab eis sic̃ iaꝫ dc̃ꝫ ẽ: q2 aut ydã ẽ sb̃
stãtie corporee: tiõ ꝑma ꝑncipia corpoꝝ po
suit cũ ydea pria eẽ ꝑncipiũ aial'. fluit aũt

punctis ex vnitate ⁊ linea ex binario: ⁊ superficis ex ternario ⁊ corpus ex q̄ternario Quoniam si ego accipiam primum indiuisibile in hoc conueniet ⁊ punctus ⁊ vnitas si autem addidero dicens primum indiuisibile habens positiōez in continuo tunc genero punctum: punctum igitur addit supra vnitatis rationē. Quandocunq3 autem sūt duo in genere vno: quorum vnum se habet ex additione ad alterum: illud qđ ex additione est principiatur a simpliciori. Et hac ratione dixit plato punctum principiari ex vnitate. Et hac ratione discreta quantitas est ante cōtinuatiōem: linea autem oritur a binario: quoniam linea constituitur in esse ex fluxu puncti in cōtinuum: fluxus autez omnis vnius ⁊ eiusdez indiuisibilis necessario est ab vno indiuisibili puncto in aliđ diuisibile punctum: ⁊ sic linea duo indiuisibilia puncta habet actu quoruz vtrunq3 oritur ab vnitate: sicut binarius est perfectus in duabus vnitatibus: hec igitur ratio quare linea orta ducatur a binario: superfices autem oritur a ternario quia tria puncta poni ɓm actum non possunt in continuo in linea vna prima simplici. Dico autē lineam primā simplicē esse rectaz lineaz q̄m curua compositiōem habet in partibus diuersis ⁊ circularis habet compositionem in formis duabus que sunt conuexum ⁊ cōcauū sicut in phisicis ⁊ in de.ce.⁊.m. dictum est Tria ergo pūcta posita a tribus vntiatibus orta: si ɓm actum sūt positionem habentia non continuabit ea linea vna simplex quocunq3 modo protrahatur. Sed primum cōtinuās ea est superficies: igitur superficiei continuitas primum est in tribus punctis ɓm actum positis in cōtinuo. Si autem pūcta quattuor ponā: ita ꝙ quartum differentiam ponat a tribus oportet ꝙ quartum figam in profundum continui quoniā si ponam in latum non faciet differentiā ad tertium ⁊ si ponam in longum non faciet differentiā ad secūduz. Si autez positis quattuor pūctis nulla superficies vna continuabit ea: oportet igiꝭ ꝙ corpus continuet hec quattuor puncta discreta a quattuor vnitatibus exorta. Sicut autē dictum est ꝙ vna forma ydealis est in omni vno genere sicut dixit pla. ⁊ verū dicebat ꝙ est resoluere omnia genera subalterna ad generalissimum ⁊ illius forma reduplicata per differentias format ⁊ constituit omnia alia iferiora ⁊ cōtingit generalissima resoluere in ens ⁊ vnū que sunt omnium principia: vnum autem nihil dixit addere supra ens ɓm rem ⁊ ideo vnitatem ydealem primam dixit esse omnium principium formale: sed magnitudinem ab vnitate per dimensiones fluentem dixit esse principium materiale: eo ꝙ phisica materia est illa que tres habet indeterminatas dimensiones: sicut nos ostēdim⁹ in fine primi phisicorum: hoc igitur modo dixit pla. principium omnium ⁊ formale ⁊ materiale esse numeros: ⁊ supponebat rez cognosci ex principijs suis: cognoscitur ergo ex talibus numeris qui sunt essentialia reruz principia ⁊ cuz anima cognoscat omnia: oportet ꝙ anima sit ex primis numeris qui sunt essentialia rerū principia. Adhuc autem probabat hoc pla. ex ipsis habitib⁹ perficientibus vires anime quia intellect⁹ qui conceptio principiorum est que sunt rerum simplices quidditates stat in vno non fluens ex vno in aliud. Scientia autem q̄ conclusionum est ⁊ effectus est demonstrationis: necessario est duo quoniā exit ab habitudine extremorum ad medium in cōceptione conclusionis: ⁊ sic de perfectione eius sunt duo quorum vnum efficitur ab altero: ⁊ ē sicut vnitas terminata vel sicut pūctus fluens in continuum per directuz vel discretuz: ⁊ ideo singulariter stat fluxus ei⁹ i vno ñ obliquat⁹ ad aliquid qđ sit extra situm eiusdem rectitudinis. Opinio autez ē eius: sicut sit plani numerus quia numeri plani primi siue superficiei est ternarius: opinio autem cuz sit acceptio duplicꝭ exit q̄dez ex vno sed non stat singulariter in vno sed dilatatur ad timorem contradictorij cū certa ratione non sit probata cōclusio. Sensus autem firmissime corporis est quoniaz acceptiu⁹ est corporalis forme neq3 hoc facit sens⁹ exterior tm̄: s3 etiā sensus iteriores qui pticulariū formis iformanꝭ que ab idiuiduantibus non sunt sepate. Cum igitur

omnis acceptio siue conceptio aie: aut sit vlis aut pticularis z siquidē vlis tūc aut siplex aut cōplexa: z si ē cōplexa aut ē certe stans in vno aut dilatata ad formidinē oppositi z nō possunt eē plures: oportet q oia que fiunt in aia sint per hec quor. Cū aūt ois cognitio sit p similitudinē cognoscētis z cogniti sicut diximus: oportet q ipa aia similitudinē habeat ad ista quattuor. Cum igit vnitas forme: z binarius: z trinarius z qternarius sint ipe spēs ydeales que sūt pncipia rerū z sūt de numero elemētorū primores elemētantiū oportet q aia sit rō elemētalis istorum numerorum eo q oēs res iudicant z cognoscunt aut intellectu: aut scia: aut opinione aut sensu sicut dictū est. Isti enim numeri sūt forme pme z spēs z pncipia rerum. Et pla. quidē in thymeo dicit aiam esse quasi naturā mediā inter intelligetias z nām z si sic sit media sic oportet q sit numerus ydealis ab itelligētia quidē sm ordinem nature pductus: z ante naturam existens. Hec igitur dicta sint de platonis opinionibus.

Capitulū quartū de tribus in sūma per que aia ab antiquis diffiniebatur que sunt motiuū cognoscitiuum z incorporeum.

Habitis autem his que mouerūt antiquos ad dicendum q aia diffiniēda erat per motiuum. Item qz habitis eis ex quibus alijs videbat q eēt diffiniēda p cognoscitiuū fuerūt quidā vtrūqz istorum cōplectētes z diffiniētes aias p vtrunqz: dicētes aiam esse numerū seipsum mouētem: dicebant autem ipam esse numerū pter platonis rōnes: quia numerū ponebant eē pncipiū oim rerum vt ex illo potētiā cognoscitiuā oim haberet: z per seipm mouentē dicebat vt ex illo mouerent corpa per rōem supius introductā: z in hāc aie diffinitionē plurimi cōsenserunt antiquorum stoicorum quia ex ista videbatur eis q aiam pbarent imortalem esse sicut inferius ondemus: lz aūt omnes cōueniāt in hoc q oia est ex pncipijs pmis: tū dīnt in duobus: quorum vnū ē q sint illa pncipia pma: z sm quot sint numero. Maxime aūt dīnt in hoc q dicunt quidā ex eis pricipia rerū eē corporea quidam autem dicunt ea eē incorpea z miscēt pncipia ex his: z ad h vtraqz referenda dicunt esse principia z in multitudine pncipiorū differunt qm quidā eorum dicunt esse vnū z quidā plura his pncipijs q ponūt tradunt aiam eē corpoream vel icorpoream z vnū vel plura. Qz enim dicūt q natura pncipiorū est motiua nō est irrationabile sicut nos superius ostendimus: z quia quidā putabant q pmum motiuū oim z incorporeū est ignis: ideo dixerunt q anima est ignis quidam: hoc enim est subtilissimum corporum specie sm partes suas: z inter omnia elementa maxime est incorporeus et spūalis: et mouet alia sicut videt cum ipse sit maxime mobilis. Sed licz democritus falsū posuerit tū dulcius ceteris dixit qz ex pōne sua cūcta canit qm retulit pter quid est vnūquodqz opm aie generaliū: dixit ei aiam qdem z intellectū idē esse sicut supius diximus z cū intellectus sit essentia pma que capacitate ambit oēs alias: dixit q habet ex eo q athomi rotunde pmo sunt pncipia rerū z sūt motiua sicut aia eo q habēt figuram que oibus figuris mobilior est: z pter ptes subtilissimas: figura autem hec ē forma rotunda: talem aūt dicit esse intellectū z animam eo q velociter transit ab vno in aliud: z ignem dicit esse eiusdē speciei rotūde: z ideo aiam eē ignem vel ex igne Anaxago. autem licet melius posuerit qz democritus: tamē non adō dulciter sz phiam dixit qd minus certificauit: alicubi enim videtur quidem alterum dicere animā z itellectū sicut superius diximus: alicubi autē videt vtrisqz vti sicut vna natura: z ideo z intellectū posuit oim eē pncipium maxime z solum eūdem dicit eē inter oia q sunt simplicem z inmixtum z purum: z nos iam oñdimus quare dixit ipsum eē pncipium qm scz in eo est omnium capacitas sic in pricipio primo materiali. Simplicem autem dixit eē eo q n extēdit corpietate z dīetate: imixtū āt eo q n cōmixtus ē organo alicuius corpis p suā opatiōem sz remanet sepatus

purus aũt eſt eo ꝙ capit eẽtias puras reꝝ
⁊ nõ eſſe iparum in materia: ⁊ materie ap⸗
pendicijs: ⁊ hec poſitio in paucis peccat: ſ;
non certificat: quia dicit ꝙ ab eodẽ h; ⁊ co
gnoſcere ⁊ mouere: eo ꝙ dicit itellectũ oia
mouere: ⁊ hoc eẽ nõ põt: q2 idẽ eodẽ modo
ſe hñs non põt eſſe materiale ⁊ efficiẽs: eſt
aũt materialis ⁊ paſſiua potentia cognoſci
tiua ⁊ motiua: eoꝝ que ſũt efficiẽs. Ex an
tiquis aũt phis ytalicis: de quibus extat ꝑ⸗
ua reminiſcẽtia fuit melliſſus qui opinat⁹
eſt aiam ꝑ motiuũ eẽ diffiniẽdam: quia di⸗
xit magnetẽ habere aiam per quam ferru;
trahit: diogenes autem ſicut ⁊ alteri quidã
dixerũt aiam eſſe aerem quendam eo ꝙ co
gnitiuo ⁊ motiuo dicebant eam diffiniri: ⁊
aerẽ dixerũt ꝑ̃ncipiũ oi;: ⁊ ita eẽ ꝑ̃ncipiũ co⸗
gnitiõis i aia: ⁊ eũdẽ dixerũt eẽ ſubtiliſſimũ
⁊ ita eſſe in anima eundem aerem principi
um motus quo mouet anima. Eraclit⁹ au
tem ciuis phesius: oim principiũ dixit eſſe
vaporem: ⁊ ex ipſo cõſtitui omnia alia ⁊ eũ
dem dixit eſſe incorporaliſſimũ ⁊ mobiliſ⸗
ſimum: eo ꝙ ſemꝑ fluat ⁊ dixit ꝙ nihil en⸗
tiu; eſt ꝙ non cõtinue moueatur: ⁊ ideo cũ
cognitio ſit per aſſimilationem eo ꝙ cogno
ſcens oia ſit mobiliſſimũ: ⁊ ideo ipſe ⁊ mł
ti alij fumum cordis ⁊ vaporem dixerũt eẽ
aiam. Similem autem his cauſam inducẽ
tem habuit almeõ qui a quibuſdam thales
qui vnus de ſepte; ſapiẽtibus fuiſſe credi
tur. hic enim licet non diceret aiam eſſe va
porem vel fumum: tamen dixit ꝙ eſt quod
dam diuinum qđ mouet ſemꝑ mouens ſe
ipſum: ⁊ ideo etiam immortalem dixit eſſe
aiam: quia ſit principium mouens ꝑ̃mum
Si enim daretur non moueri: tunc etiã nõ
moueret ſicut dixerunt. Si aũt primum nõ
mouet tunc nihil ſcđoꝝ mouet vel mouet
ſicut habitum eſt in. vij. phicoꝝ ⁊ ſic ceſſat
motus in tota natura qđ eſt inconueniens:
oportet igitur ꝙ ſe ſemper moueat. Eſt igi
tur imortalis. Hec autẽ ratio ſcripta eſt in
phedrone platõis: ⁊ ideo dixit thales aia;
cõparari dijs celeſtibus imortalibus: q ſũt
intelligentie mouentes quia mouere ineſt
aie ſicut intelligentijs imortalibus: quia ex
ſe mouentur celeſtia ſicut ⁊ aialia. Mo

ueri enim vidit omnia diuinã continue ex
ſeipſis ſicut ſolem lunam ⁊ aſtra ⁊ celũ to⸗
tum. Almeon autẽ talẽ dedit de aia phia;
propter hoc ꝙ vidit animam mouere per
intellectum: ſicut ⁊ celum mouet: ⁊ ideo a
nimã dixit eſſe principiũ motus primu;: ⁊
non poſſe non moueri ⁊ non mouere: ſicut
neq; ꝑ̃ma poſſũt a motu ceſſare. dixim⁹ aũt
rõem hui⁹ in phiſicorũ libro vltimo. Ma
gis aũt groſſi non adeo efficaces rõnes ha
buerunt inducentes eos ad ponẽdũ. Hiſ
pus quidam vulgaris philoſophus dixit
aiam eẽ humorẽ aqueũ: ⁊ videt ſibi ꝙ hoc
ꝑſuaſerit a ſemie generatiõis q2 ſemẽ oiu;
generatorũ eſt humidũ aqueũ ꝙ cito reci⸗
piat membroꝝ effigies. fuit aũt cã dicti q2
vidit virtutẽ formatiuã eẽ in humido reten
tam ꝑ viſcoſitatẽ ſꝑmatis que format mẽ⸗
bra oia: ⁊ hanc putauit eẽ humidi natura;
in ſemine: ꝙ nullã cãm cõſiderauit niſi mã
lem: dixit ergo primo humorẽ formare i ſe
ipſo organũ: ⁊ poſtea humorẽ ſeminalẽ ra
dicaliter illis organis imbibitũ eẽ aiam a⸗
nimaliũ: ⁊ ideo redarguit eos qui ſanguinẽ
dixerunt eẽ aia; dicẽs ꝙ humor ſpermatis
nõ ẽ ſanguis: ſꝑma aũt generatiõis ꝑ̃mam
dicit eẽ aiam: q̃ format oia mẽbra ⁊ infũdit
ſicut prius dictu; eſt. Adhuc autẽ alij groſ
ſiores ſanguinem eſſe aiam dixerũt. Illa
rõne inducti dixerũt ſentire magis eẽ ꝓpriu;
aie ⁊ ꝑ illud dixerũt aiam eẽ diffiniendam
quẽadmodũ dixit Creſias. ⁊ cũ videretur
corpus exangue ꝓpter frigiditatẽ obſtupe
ſcere in ſenſu ⁊ ad reditũ ſanguinis redire
ſenſum putabãt videlicet ſenſitiua; ſedem
habere in ſanguine: ⁊ eẽ ſanguinẽ ⁊ q2 ſen⸗
ſum ⁊ aia; dixerũt idẽ eẽ: ideo dixerũt aia;
eẽ ſanguinẽ. Et vt breuiter dicat oia elem̃
ta indicata ſũt eẽ aia ab aliquo antiquoꝝ ꝑ
ter terrã. hanc ei nulli retulerũt ſolã eẽ ele⸗
mentũ vel aiam niſi forte aliquis diceret cã
eẽ ex oibus elemẽtis aut oia elemẽta que;
admodum empedocles. hui⁹ autẽ cã fuit:
quia cum duo ſint in quibus cõualeſcit vi⸗
ta calor ſcilicet ⁊ humor neutrum eſt in ter
ra: ⁊ ideo etiam a paucis elementũ eẽ terra
ponebat. ſed dicebatur eſſe fex diſtillans
ab oibus alijs elementis ⁊ ſic ex alijs eſſe

composita. vnde etiaʒ illi qui sanguinē animaʒ esse dicebant primas operationes anime vegetabilis ꝛ sensibilis in sanguine vl' humore eē quē loco sanguinis esse dicebāt vel videbant. Est enim vltimū nutrimētū sanguis intra venas ex quo est cibus ꝛ augmentum ꝛ generatio ꝛ in anima sensibili sensus: quoniā etiam spiritus aīalis i quo deferuntur forme ad vires aīe apphēsiuas resoluitur a sanguinis humore ꝛ iō sanguinē priorem esse dicebat illoꝝ quoniā tā sāguis q̄ʒ sperma: operationes quas habent in humido hñt: qđ format ad membra corporis: siue i generatione siue post ꝛ causas formales ꝛ efficientes videre non poterāt ideo animā primū humidum ꝛ omniū humidorum principiū esse dicebāt. Animaʒ enim propter potētiam que est in ea ad oīa quodāmō materiale ꝛ primum pricipium esse credebant: sicut superius dictuʒ est.

Capitulū quintum de cōtradictiōe opinionum in cōi que diffiniebant aīam per motiuum sui ipsius.

Portet autē scire ꝙ ptes eius qȝ ē spūale ꝛ eius quod est corpale difnt quoniā partes copee rei cōponunt aut suam eēntiā aut suā quantitatē. ꝛ si cōponūt suā essentiā tūc sunt sicut materia ꝛ forma aut sicut mixta in eo quod mixtū vocamꝰ. Si autē cōponunt suam quantitatē tūc sūt tertie vel medie vl quarte: ꝛ sic de alijs q̄ti tatiuis ptibus. Et has vocare cōsueuimꝰ integrales: ꝑmas autē eēntiales. In spūalibus autē dicimus: quoniā spūalia potentie quedā sunt ꝛ habēt suas ptes naturales ptātes ex quibus cōstituiꝛ quoddam vniuersū sue potestatis sicut appet in vrbanitatibus. Cū enim dico regnū potestatem quandā dico quā cōponunt multe potestates pticulares que tamē oēs fluunt ex regno. Si. n. diffinies regnum dicā ꝙ regnū ē monarchia cuius potestates leges ꝛ ordines viuēdi oibus distribuunt: erit quedā eius pticularis potestas potentia ꝑsidis qui terre ꝑncipaꝛ. Alia autēȝ proconsulis consilio cuius ꝛ nutu determinanꝛ iudicia ꝛ sentētie dantur. Alia autē tribuni ꝛ alia ducis exercitus: ꝛ alia centurionis cohortis vnius: ꝛ adhuc alia decani: ꝛ alia prefecti qui preficiꝛ ad paucos i lege iusticie cōstituendos. ꝛ sic diuerse potestates iuncte simul efficiunt vniuersum quoddā qȝ vocatur regnū. ꝛ sic ē in oibus spūalibus potentijs. In oibus autē potestatibus semper quicqd potest potentia inferioꝛ potest ꝛ superioꝛ sed nō cōuertiꝛ: ꝛ ideo inferioꝛ ē sēper in supiori ƀm oēs suas opationes: sed nobilitanꝛ operationes inferioris quādo sunt in superiori. Silr autem ē in potestatibus cāꝝum naturaliuȝ. Quedam. n. illarum sunt semper: ꝛ quedam frequenter ꝛ quedam raro sicut diximus in secundo physicoꝝ. ꝛ quicquid ē potestatis in eo qȝ ē raro exerceꝛ ab eo quod est frequenter: ꝛ ab eo quod est semp sȝ nō conuertiꝛ. Habet tamen semp aliquid impotentie: ꝛ defectus inferioꝛ potestas quod nō potest referri ad superiorem potestatē. ꝛ ideo diximus ꝙ nobilius exercētur operationes inferioris potestatis a supiori q̄ȝ ab inferiori potestate. Est aūt adhuc notādum in istis potestatibus ꝙ si supioꝛ potestas nō vniret in se potestatē inferiorē nō diceren̄ oia hec vnū regnuȝ: nisi sicut aceruus lapidū: ꝛ icircco quanto potestas supioꝛ ē simplicioꝛ: erit ꝛ vniuersalioꝛ ad multa exercēda que sub illa potestate cōtinentur. Hoc autē eodem modo est in anima que est in potentia vite in qua omnis potentia exercendi opera vite cōtinetur. ꝛ ideo particulares potestates sicut vegetatiuum ꝛ sensitiuum sunt quidem potentie naturales ab ipsa fluentes que dicuntur proprietates: sȝ tamen inferioris potestatis opus ꝛ potentia in superiori nobilius est q̄ȝ in seip̄a. vnde sensitiua nobilꝰ terminat opa vegetatiue

q̃ʒ ipsā vegetatiua sola. Nutritiua enim q̃ facit carnem nobilius opatur q̃ʒ illa q̃ facit lignum. Similiter autem est in generatiua similiter aũt est in sensitiua ꝛ itellectiua aia ꝙ oẽs suas operatiões nobilius pticipat: ꝛ patet ex h̄ iam ꝙ in hoie neqꝫ tres aie sunt neqꝫ tres substãtie: sꝫ vna substãtia simplicior ꝛ nobilior alijs: ꝛ ideo plures ꝛ nobiliores ab ea q̃ʒ ab alijs fluũt ptãtes: ꝛ eedeꝫ ptãtes que sunt inferiorum nobili⁹ sunt i ipsa q̃ʒ in eis neqꝫ sũt iste potentie nõ vnite qꝛ sic esset verum qđ dixit plato ꝙ. s. q̃dã collectio diuersa oparet: vniunt enim semper inferiores in superiori per modum iam assignatum: ꝛ ideo pticulares ptãtes non sũt ptes eẽcialiter cõponẽtes aiam: sed poti⁹ que determinãt totã suã ptãtem ad opa vite distributam per potẽtias sicut ꝛ regnum distribuit per ptãtes pticulares ad distribuendam vitã: vel cõtinendã ꝛ exercẽdam q̃ vocat ciuilis ꝛ ideo dixerunt antiqui sapiẽtes ꝙ aia est in corpore sicut rex in regno ꝛ oculus est in ipsa sicut aliquis prefect⁹ i ptãte sibi iũcta. Ex his iã pꝫ q̄m eodeꝫ modo iã erit vna ratio diffinitiua aie ꝛ figure. In figuris enim sic est ꝙ nulla rectilinea inuenitur preter triangulum ꝛ eas que ipsum sequũtur in specie figurarum: ꝛ silr est in aiabus ꝙ nulla est aia preter vegatiuam ꝛ que sũt post ipaꝫ in ordine aiarum quia sicut figure habent ordinẽ ꝙ vna ẽ ante ꝛ alia post ita etiam aia vel aie. Simplicior enim lineaꝫ est recta: eo ꝙ est vnius forme tm̃ sicut sepe dixim⁹: ꝛ simplicior figurarũ est triangulus bm formã figuratõis qꝛ ꝛ in lineis ẽ vnite forme ꝛ in superficie: qꝛ bm formã nõ diuiditur in figuram aliam: qꝛ triangul⁹ nõ diuidit in aliam figuram q̃ʒ in triangulum Circulus ãt duarum formarum est in conuexa ꝛ in cõcaua sicut sepe diximus in añhabitis libris nostris. Alie aũt figure rectilinee vt tetragonus pentagonus sic deinceps diuidunt in diuersas figuras. In figuris igitur est ratio quedã cõis que oibus cõuenit ex qua tamen non scitur quelibꝫ figura in specie: ꝛ qualiter vna se habet ad aliam ꝛ h̄ est ista ꝙ figura est quãtitas linea vel lineis terminata: vel ꝙ figura est terminatio quanti si consenserim⁹ ꝙ figura est qualitas ꝛ non quãtitas. hoc ei oi figure cõuenit ex hac tamen nõ scit qualiter triangul⁹ est i tetragono bm ptãtem ꝛ in alijs figuris ꝛ ideo ex illa non pfecte scitur trianguli natura sꝫ oportet querere trianguli ꝓpriam rõem neqꝫ ꝓpria dicit pfecte figuratiõis rationem ꝛ ideo necessaria est cõis. Si eniꝫ diffiniẽs triangulum dicã triangulus est figura pma elemẽtalis ad oẽm figuram rectilineã in q̃ diuiditur ois figura rectilinea ex illa diffinitione non cognoscam esse figuratiõis in triangulo licet cognoscam posse trianguli ad alias figuras: ꝛ ideo in scia figurarũ duas diffinitiões oportet inquirere vnã cõem ꝛ alteram ꝓpriam ꝛ neutra sine altera sufficit: ꝛ similiter est in aie rõne ꝙ cõis rõ est q̃ omnibus conuenit aiabus que est endelechia corporis phẏci potentia vitam habentis: tamẽ quia vite potentia non est vna in omnibus animalibus: sed alia ꝛ alia: ideo oportet querere bm quãlibet vite potentiã aliam ꝛ aliã rõnem ꝛ ideo deludendus est qui dicit sufficere cõeꝫ rõem in his ꝛ i alijs similibus que nullius erit ꝓpria ratio ꝛ iteruꝫ non debemus esse in ꝓpria ratiõe neglecta rõne cõi. Est autẽ ꝛ adhuc alia similitudo inter figuras ꝛ aias: sicut enim trigonũ est in tetragono ꝛ in oibus alijs figuris que sunt cõiter post triangulum bm potentiam ita est vegetatiuum in sensitiuo: sensitiuum in intellectiuo: trigonum autẽ est in tetragono potẽtia non hꝫ se: sꝫ si distribuat tetragonum in ea que põt: põt tũc in opatiõnẽ trigoni ꝛ plus. Q̄m si diuidat lineis diagonalibus duabus faciet quattuor triangulos ꝛ similiter quecũqꝫ figura est rectilinea in tot triangulos diuiditur quot habet angulos lineis a quolibet anguloruꝫ ad centrũ figure deductis. Similiter autẽ q̄m sensitiuum distribuitur in ptãtes suas: tũc poterit in opera vegetatiui ꝛ amp. ꝛ eodẽ modo intellectiuũ poterit in opa vegetatiui ꝛ sensitiui: tm̃ quia sicut trigonũ nõ est in tetragono bm actuꝫ trigoni sed tetragoni: ita neqꝫ vegetatiuum est in sensitiuo bm actum vegetatiuũ sed sensitiuũ: qđ est superior ptãs ad ipsum ꝛ ideo ex se potẽs in ptãtem inferio

ris potentie ad ipsum vt diximꝰ superius: ꝓpter qd̓ etiā soluit dubium quorūdā vtꝫ scꝫ sensitiuū sit compositum ex vegetatiuo ⁊ quodam alio: cōstat enim ꝙ non: sed sensitiuū est vnū simplex amplioris ptātis: ⁊ ideo ex sua simplici forma exercere potest nobilius opera vegetatiui q̄ꝫ ipm vegetatiuum per se solum. Si enim ex illo ⁊ alio cōponeretur: qualiter esset forma simplex ꝑficiens aial. Similiter aūt est de intellectiuo. Neqꝫ enim in figuris figura tetragoni est composita: sed simplex: que tamē distributa in ea q̄ pōt: pōt in tetragonuꝫ ⁊ amp. Similiter aūt est in oibus formis cōsequēter ordinatis sicut causa p̄maria ⁊ scd̓aria sicut dicitur in libro de causis de esse: viuere: sentire ⁊ intelligere. Quelibꝫ eni illaruꝫ ē simplex vna eēntia ⁊ tamē semꝑ ꝯn̄s hꝫ potentiam p̄cedētis vel precedētiū oiuꝫ: ⁊ nō influit scd̓a nisi cum cālitate an̄cedētiū q: vita nulli dat vitā sine eē neqꝫ sensus alicui dat sensuꝫ sine vita ⁊ esse. Sic ⁊ intellectus nulli dat intelligere sine esse viuere ⁊ sentire in genere mortaliū. In celestibꝰ ei intelligere forte est sine sentire: erit tn̄ de h̄ determinādum in prima phia.

Si aūt hoc queritur vn̄ habeat ꝯn̄s forma ꝙ pōt oim precedentiū formaꝝ ptātes operari: dicendum videt̓ ꝙ habet a tribus quorum vnum est ipsa ꝯn̄a ordinis: nō eni est ꝯn̄s nisi q: exiuit a precedēte: ⁊ ideo potestas precedētis pōt in ea. Alia causa est: quia licet sit cōsequēs intellectū: tamen est vicinior ſm eē prime cause. Intellectus ei vicinior ē prime cause q̄ꝫ sit sensus: ⁊ sic habet in se plures bonitates ⁊ nobilitates quibus accedit ad conformitateꝫ prime cause ⁊ ꝑ illas boitates plura pōt q̄ꝫ aliqua alia eēntia vel forma. Tertia causa est quia ē imaterialior ⁊ simplicior ⁊ sepatior semꝑ ꝯn̄s q̄ꝫ precedens: ⁊ ideo i plura pōt q̄ꝫ an̄cedens ipsaꝫ: dico aūt simplicior ſm esse ⁊ n̄ hꝫ rōeꝫ qm̄ hꝫ rōeꝫ forte ē ecōuerso q: p̄cedētes forme cadūt in eiꝰ diffinitiōe: iō hꝫ rōem sunt ante eaꝫ ⁊ simpliciores ea ⁊ hec tria simul iuncta dicūt verā causā: quia vnica ex ꝯn̄s sequēs in plura pōt q̄ꝫ an̄s. Et si forte aliqs obijciat ꝙ diffiniēs ⁊ rōe prius est diffinito: ⁊ simplicius ſm esse ⁊ naturaꝫ dicendum ꝙ hoc est verum ſm cōem naturā que iuenitur in pluribꝰ: sed nos hic vocamꝰ ſm esse simplicius ⁊ prius: qd̓ in esse simplicius est ⁊ prius: ⁊ non dubitamꝰ qn intellectus ſm esse simplicior sit q̄ꝫ sensus licet cōior natura sit sensus q̄ꝫ intellectꝰ hec igitur est causa ꝙ nulla istarum formarum cōposita ē: ⁊ tn̄ i plura pōt vna q̄ꝫ alia. Si aūt dicatur ꝙ habet potētias naturales i se ipsa sic componit̓ ex seipsis dicimꝰ ꝙ hanc solam habet cōpositiōem: sed illa nō repugnat simplicitati forme. Rectū eni formaꝫ dicit in mathematicis: ⁊ recto cū multa accidūt vt ꝓprie passiones ipsiꝰ ⁊ potētie naturales eius ⁊ tn̄ simplicitati sue nō p̄iudicant: q: sunt post suā eēntiā: ⁊ fluunt ab ipsa ita ⁊ ista post esse aie sunt ⁊ fluunt ab ipsa ⁊ ideo nō tollunt eius simplicitatē. Ex dictis igit̓ patet ꝙ nō sufficit assignasse cōem aie diffinitiōem nisi ꝓpriā ſm quālibet eiꝰ ptātem assignemus: ꝑ quā sciāt̓ ea q̄ accidunt ei hꝫ ptātes illas. Oportet igit̓ scire q̄ sit vniꝰcuiusqꝫ aia vt q̄ hois: q̄ bestie: ⁊ que plante: q: sicut diximus sensitiuū nō ē sine vegetatiuo licet ecōuerso vegetatiuū a sensitiuo sepetur vt in plantis apparet. Iterꝫ autem sine tactu non habet̓ aliquis alioruꝫ sensuū: tactus aūt ab alijs sepatur: q: multa de numero aialium neqꝫ visum neqꝫ auditum neqꝫ oderatū sensum habent: sꝫ tactum solū ⁊ gustum ſm ꝙ est quidā tactus ⁊ cum sensitiuo p̄ncipio vite. Quedā etiaꝫ habēt ſm locū motū ⁊ quedā nō hn̄t ipsuꝫ vltimū aūt qd̓ est finis ⁊ paucorū aialiū habent quedā intellectū: ⁊ multa nō habent. Homo enim solꝰ habet in genere mortalium nisi ſm platonicos iueniat̓ aliqd̓ intellectiuū mortale hoie digniꝰ ⁊ qbꝰcūqꝫ iest intellectus insūt ⁊ an̄cedentia oia sꝫ nō cōuertitur. Quibusdam eni inest solꝰ sensus ⁊ quedā cū h̄ habēt imaginatiōem ⁊ q̄daꝫ cū his memoriam: ⁊ quedā cū his expimētum ⁊ artē sicut hoies. de speculatiuo autē intellectu altera ratio est: quia sepatus ē ⁊ magis ꝓprie sepatorum q̄ꝫ mortaliuꝫ. Sꝫ tamen in tertio de ipso erit tractandū ⁊ videndum quid ⁊ quorum sit. Sed ex dictis

maifestū ē q promptissima erit ratio anie q̄ cognoscit quid est bonū vnumq̄dq̄z.

Tractatus scd̄us scd̄i libri de aia i quo agitur de potentijs anime vegetabilis sigil latim & primum de ordine pcedēdi & quot sint & que potentie aime vegetabilis.

Necessarium autē est ei qui debet determinationem facere de istis vt accipiat primū quid est vnumq̄dq̄z eorū que dicta sūt Sed antequam hoc fiat oportet vt adhuc queramus vtrum sensitiuū intellectiuū & vegetatiuū sint vna substātia in homine vl̄ plures. Uidetur eni q plures q2 corruptibilis & icorruptibilis non est substantia vna. Intellectiuū aūt est icorruptibile & sēsitiuū & vegetatiuū sunt corruptibilia ergo ipsorū nō est substātia vna. Adhuc autē sepabilis & isepabilis nō est substātia vna ergo cum intellectus sit sepabilis & sensus & vegetatiuū nō sint sepabilia ipsorum non est vna & eadē substātia. Adhuc āt quorū act⁹ eēntiales differētes sūt ipsorū sunt eēntie differētes: sed sic differūt act⁹ isti vegetare sentire & intelligere: ergo vegetabilis sensibil' & intellectualis non sūt vni⁹ & eiusdem substātie. Hāc autem questionē pluribus iam vicibus tetigimus & determinauim⁹ & ideo adhuc dicim⁹ q hec tria in homine sunt vnius substātie: que q2 eleuatior ē q̄ alie pter hoc plura opat: & plura habet principia vite ad exercēda opera vite. & ideo iste tres potentie sunt vnius substātie in hoie: & q dicit q corruptibile & incorruptibile non sunt vnius substātie: h̄ est verū si corruptibile & icorruptibile est aliquid h̄z substātiā. Si aūt corruptibile & icorruptibile dicūtur bm operatiōem: tunc nihil phibet ab eadē substātia fluere potētias duas quarū vna est corruptibilis: & altera incorruptibilis eo q vna est coniuncta corpori: & altera non: sicut ab vna substātia sepata diximus superius fluere potētiā cōiunctā cū corpe & non cōiūctam. Superior eni eēntia eo q est superior pōt in oēm operatiōem inferioris & per hoc patet determinatio obiectorum. Dicamus igitur sicut superius incepimus dicere: q ei qui debet facere determinatiōem certā de premissis q necessarium est ei accipere quid vnūq̄dq̄z istorū est per ratiōem diffinitiuā: & postea per rōnem illam os eum determinare de habitis qui sequūt sicut accn̄a per se sicut est sepabile eē: vel n̄ eē sepabile a corpe: & hmōi q̄ accidūt potētijs aie & de alijs quecūq̄z sūt determināda ex ipsis autē congruit dicere quid vnūq̄dq̄z istorum est per diffinitiuam rōem anteq̄z sciamus de toto eo q ptes p̄ores sunt quo ad nos: tūc eadē rōne prius oportet determinare de actibus istarū potentiarū eo q actus p̄ui sunt potētijs quo ad nos bm rōem licet simpliciter & bm esse potentie sint priores actibus: per eandē autem rōem adhuc de obiectis prius est determinādū: q2 obiecta magis accedūt ad nr̄am noticiā q̄z actus vel potentie: obiecta enim sūt que inferūt potētijs passiones & potentie informātur p spēs obiectorū: & ideo obiecta sūt spēm prebentia actib⁹. & p actus dant spēm potentijs & pter hoc prior speculatio est de obiectis quo ad nos: secūda de actibus & tertia de potētijs quo ad nos: prius igitur dicendū de sensibili & intelligibili & postea de itellectu & sensu. Inter autē oēs potētias prius de alimento & generatione dicendum est: vegetatiuū enī cōius inest aiatis q̄z sensitiuum & intellectiuum: & cōe etiā quo ad nos prius est quemadmodum sicut diximus in principio phicorum: vegetatiuū enī est potentia h̄z quā omnibus inest viuere: & illi⁹ opera sunt alimento vti & generare. Tria enim habet in se potentia vegetatiua h̄ est nutritiuam & augmentatiuā & generatiuā. Cuius h̄ est ratio quoniā omne qd̄ generat pter paucitatē materie ex qua generatur: prius ē imperfectum bm quātitatē & virtus deducens ipsum ad perfectum est augmentatiua cui 9ria est diminutiua que surgit ab impfectōne & potentia eius. Debet autē omne qd̄ est ex cōtrarijs saluari in esse: & h̄ fit p virtutem nutritiuā. Et indiget diuino esse participare in sili bm speciem & hoc fit p generatiuā & ideo tres virtutes necessario habet po

tentiam vegetabilis: dicūt tñ duo istoꝝ opera generare ꝛ alimēto vti: qꝛ ista duo sūt ad substātiā saluādam. Alimētum quidez ꝫm materiā ꝛ indiuiduū: generare autē ꝫm spēm ꝛ formā. Generatiua enim oībus inest viuentibus quecūqꝫ sūt de numero naturaliū ꝛ nō eternaꝝ substātiaꝝ ꝛ q̄ sunt pfecta ꝛ nō impfecta: qꝛ impfectū in quātitate ꝓpter hoc ꝙ multum necesse habet ponere in substātia: nihil pōt ponere in semie: ꝛ ideo generare infantes ꝛ pueri non possūt ꝛ hanc generatiōem habere p se ꝛ variam est facere tale alterum in indiuiduo ꝛ idez in spē quale est ipsuz generās: ꝛ facit h̄ qđ est perfectum vt diximus ꝛ nō occasionatū sicut mōstra sunt ꝛ quecūqꝫ nō casu generātur: vt peccata nature que sunt mōstra sicut diximus in scđo phicorū. Habēt aūt generatiōem variā precipue ea quorū vltimum posse generatio est sicut vegetatiua qꝛ generāt ex se radices ꝛ virgas ꝛ ramos ꝛ folia In hac autem varia generatiōe: semp generans facit tale alterum quale est ipsuz vt virga quidem virgam aial autez aial. Causa autem est quatenus diuino esse pticipent quātum possūt: qđ est sempiternū eē: omia enī illud perpetuū esse optant: ꝛ illiꝰ causa agunt quicquid agūt ꝫm naturaz. Sicut ei diximus in ce. ꝛ m. similitudinē diuini esse quedā pticipāt sine motu: ꝛ quedaz cū motu: ꝛ eoꝝ que mouent: quedā reiterant eodez numero: quedā eadē spē ꝛ sic diximus i fine de generatiōe: ꝛ corruptione. Quedā aūt reiterant eadem spē nō numero: sicut generabilia ꝛ corruptibilia. Id aūt qđ est causa finalis cuius causa fit id quod fit: dupliciter dicitur: h̄ quidem cuius causa fit quicquid fit ad illud. Aliud āt ē quo res est id qđ est ꝛ h̄ est cā formalis. vnde esse ppetuum causa finalis ē generatiōis sicut eiꝰ cā fit tota successio generationis ꝛ quā nō ꝯsequitur nā vna generatione sed p totā ꝛ infinitā generationis successionē. ꝛ iō hoc ē tm̄ cꝰ cā fit qcqd fit ꝫ nāz. forma autē dans eē generato est finis quē ꝯsequit nā p vnicaz generationē ꝛ hoc ē finis in quo quiescit actus vnius pticularis generātis: sicut i quo est esse eius qđ generatur: quia forma dat eē generato. Et qꝛ generabilia cōicare nō possunt esse diuinū: qđ est ppetuitas esse i seipsis: eo ꝙ nihil corruptibilium continue potest manere: cōicant quantuz possunt vt saltim remaneant eadem spē: ꝛ tunc remanent quidem nō vnū sed vt vnū. Numero eni nō vnum pmanēt sed spē vnū ꝛ ideo sic prediximus esse diuinū quedā pticipāt plꝰ ꝛ quedam minus vnumqđqꝫ sicut potest.

Capitulū scđm qualiter aīa est viuentis corporis causa ꝛ principium.

Est autem anima viuentis corporis cā ꝛ pncipiū. Causa autē ꝛ pncipiuz tripliciter dicūtur aīa autē est viuētis corporis causa ꝛ pncipiuz ꝫm tres modos determinatos in secūdo phisicoꝝ. Est enim anima causa efficiēs vnde est motus corporis ꝛ ipa est etiā causa finalis ꝓpter quā ē corpus ꝛ ē causa formalis sicut sba dans eē aīato corpori. Qꝛ enim sit causa formalis sicut substātia animati corporis manifestū ē. viuere ei viuētibus ē esse quia viuere ē actus anime in corpus ꝯtinuus sicut supra diximꝰ Cā āt formal' ꝛ pncipiū viuētiū in eo ꝙ viuunt ē anima cū animatū ab inanimato determinetur in viuendo sicut supius patuit. Amp. autē eius ꝙ potētia est viuens hoc ē qđ ptātem habet exercendi opa vite actus est ratio. Actus enim qui est cōplemētum est rōez ꝛ esse dās ei qđ pōt opari opa vite sicut supra ꝓbatū est pma in diffinitiōe aīe Cōstat āt ꝙ actꝰ potētia vitā hñtis est aīa: ergo rō eiꝰ est ꝛ forma: ex istis igit duabꝰ rōnibꝰ ꝓbat esse pncipiū ꝛ cā corpis sicut forma ꝛ substātia eius. Manifestū est aūt ꝙ ipsa ē etiā cā finalis q̄ ē cā ꝓpter quā est quicqd ē: ꝛ ꝓpter quā fit quicquid fit. Sic ei itellectꝰ practicꝰ i mechanicis ē ꝓpter finē determiatū ꝓpter quē mouet materiā vt inducat formā artis qđ ē bonū artis illiꝰ: eo ꝙ oīs ars alicuiꝰ boni ē opatrix: sicut faber facit qđ facit ꝓpter cultellū ꝛ opatū opꝰ illud ē finis eiꝰ. Eodē mō etiā natura opat ꝓpter finē determinatū quē itendit sicut ꝓbatū ē in scđo phicoꝝ: ꝛ h̄ est finis nature ꝓpter quē opatur. Huius ēt finis i aialibꝰ

ē aīa. ſm naturā eni oīa phīca corpa aīata ⁊ organizata ꝑpter aīam ⁊ diuersitas eorum est ꝑpter aīe diuersitatē ⁊ hoc ē tam in aīali bus q̃z in plantis sicut ⁊ oīa instrumēta ar- tis sunt ꝑpter artis finē. Sicut āt supra di- ximus ꝙ cuius cā fit dupliciter dicit̄. s. ꝙ ē cui⁹ cā fit totū qḋ fit ⁊ qḋ est quo res ē id qḋ est ⁊ boꝝ exēpla subiecim⁹ superi⁹. Est se ei diuinū ē vnū cui⁹ cā fit quicquid fit: sz nō quo res est id qḋ ē: forma aūt ē cui⁹ cau sa fit ⁊ quo res ē id qḋ ē ⁊ talis finis ē aīa aīati corporis. Sic ergo ꝓbatū ē ꝙ aīa ē cā finalis. At vero ipa est etiā efficiēs cā vn̄ ē motus corporis aīati. Nihil eni moue tur ex se ſm locum nisi ab aīa. Si aūt aliqs dicat ꝙ nō oībus viuētib⁹ cōuenit iste mo- tus dicem⁹ ꝙ etiā alteratio ⁊ augmentū sūt motus ab aīa in corpe vno exītes: sens⁹ eni quedā alteratio esse videt̄ ⁊ nihil sentit nisi qḋ habet aīam. Similiter aūt oi viuo cōuenit augeri ⁊ minui. Nihil aūt augetur ꝓprie nisi qḋ aliter ꝓprie: ⁊ nihil aliter ꝓ- prie qḋ nō ꝑticipat aīa: ergo ad minus vn̄ est motus augmenti in omni corpore viuo ē aīa qḋ quidē corpus ꝑticipat aīam. Erit igit̄ aīa tripliciter cā aīati corpis: eo ꝙ tres dicte cāe in vnā rē concidunt sicut in scḋo phīcorum ꝓbatū est. Materialis aūt esse non pōt: q2 materia nūq̃z cōcidit in eandē rem cum alijs causis.

Capitulū tertiū de improbatiōe erroris empedoclis circa motū ⁊ causā nutrimēti.

Empedocles aūt loquēs de motu nu trimenti ad ꝑtes ⁊ mēbra ei⁹ qḋ ali- ter nō bn̄ dixit addens dicis suis augmētū accidere plātis deorsū qdē ꝑpter id qḋ ter ra sic fert̄ naturalr̄ deorsū: sursū āt ꝑpter ignē qui mouet̄ sursū. Et fuerūt rōes indu centes Empedoclē precipue tres quarū vna est q2 videbat motum nutrimēti eē na- turalē: ⁊ naturalē habere finē determiatū in natura: tractū aūt esse motū violentum si cut maifestū ē ex. vij. phīcoꝝ. Et iḋo ne di ceret̄ nutrimētū trahi ad membra per vtu- tem mēbroꝝ: dixit ꝙ naturaliter mouetur ad illa per naturalē motū elemētoꝝ q̃ ꝯmi xta sunt in alimēto. Alia vero rō ē q2 vi- demus elemēta per aliquē suū actū rema- nere immixta ⁊ iō dicebāt ꝙ etiā suos mo- tus naturales retinebāt. Tertia rō fuit q2 in oi aīato: videbat mēbra inferiora hēre nutrimētū grossum ⁊ terrestre: supiora aūt habere alimētū subtile ⁊ calidū. Similiter aūt in senib⁹ in quib⁹ deficit calor videbat inferiora mēbra plus nutriri q̃z supiora: ⁊ i iuuenibus in quibus ē multū calidū mēbra supiora plus nutriri q̃z iferiora: q2 in eis ca lor ignis multā ad se trahit materiā. ⁊ illa multiplicata multū eleuat̄ sursum ⁊ paruz deorsum. Eadē aūt cā est ꝙ in mulierib⁹ mēbra inferiora ml̄tū augent̄ sicut crura ⁊ nates: ⁊ mēbra supiora habent gracilia sic brachia ⁊ humeros q2 frigiditas vincens i eis ingrossat nutrimētū qḋ ponderositate sua trahit inferius: videbat nihilomin⁹ i oi nutrimento dn̄ari aquā ⁊ terrā ⁊ ideo puta bat hec non moueri sursū: nisi prius eēnt cōuersa in ignē vel ignita. Hec igit̄ sūt que induxerūt empe. Errabat āt Empe. du pliciter: vno quidē mō ꝙ nō bene accepit i tentiōem eius qḋ est superi⁹: ⁊ intentionē ei⁹ qḋ est inferius: q2 nō idem est sursum ⁊ deorsū aīati corpis ⁊ mūdi q2 in mūdo sur- sum ⁊ deorsū differūt ⁊ opponūt̄ situ tantū sed in corpibus aīatis differūt figura mem broꝝ ⁊ officio. In omni eni aīato dicimus ꝙ caput est supius corporis eius ⁊ nō vide mus ꝙ bestiarum caput ē ꝓnū in terrā ⁊ n̄ rectum nisi soli⁹ hoīs: sicut ouidius dixit de deo ꝙ os hoī sublime dedit celum q̃z vide re iussit ⁊ erectos ad sydera tollere vultus Si ergo sic figura ⁊ officijs in corpibus aīa tis distinguūt̄ sursū ⁊ deorsū: tunc cū plāta radices habeat ori aīalium ꝑ officiū siles radix erit in plantis sursum ⁊ rami deorsū q2 non idē erit sursum ⁊ deorsum qḋ in mū do est sursū ⁊ deorsum: q2 sicut dixim⁹ posi tiōes iste i corpibus aīatoꝝ dicūt̄ eedē vl̄ si miles diuerse ſm opa ⁊ nō ſm situm mūdi Adhuc etiā si cōcesseri⁹ Empe. ꝙ idē sit mundo superius ⁊ corpibus aīatis: nos vi dem⁹ ꝙ quelibet ps nutrimēti fert̄ in ꝯria loca: q2 fert̄ sursum ⁊ deorsum vbicūq̃z sūt mēbra: talis eni motus non pōt eē a vtute

elemētali. Si enim illa sint simplicia habe
bunt motus simplices. Si autē composita
ꝑualebit motus dn̄antis i mixto: oꝫ igit̄ ꝙ
mot⁹ iste sit ab alia virtute que nō ē elemta-
lis neqꝫ ꝯn̄s cōmixtōeꝫ elemēti: hāc āt vir
tutē vocam⁹ aiaꝫ ergo erit ab aia. Aliter ei
euellerēt̄ a se inuicē que in cōtraria loca fe
runt̄ ꝛ preualeret dn̄ans elemētū: vl̄r autē
nunq̄ꝫ euellūtur qn̄ diu viuit plāta vel aia-
tum: continens igitur ea non est elemen-
talis virtus ꝛ hanc vt diximus vocamus
animam.

Rōnes aūt mouentes empe. nō sūt dif
ficiles ad soluendū. Ostendim⁹ eni in .vij.
phicorum duplicē eē tractū. vnū quideꝫ in
quo trahens ꝑ virtutē que oio extriseca est
trahit id qđ trahit ꝛ tractus iste est violētus
Alius āt est qn̄ trahens aliqđ sue virtutis
generat in tracto que virtus innata in tra-
cto facit ipm moueri ad trahens sicut trahi
tur ferrū a magnete ꝛ h̄ tractus est natural̄
sic trahit̄ cibus ad mēbra eo ꝙ virtus mē-
bri generat̄ in cibo que agente in se mēbro
cōtinue reducit̄ ad actū ꝛ ꝑ illā alimtū mo-
uet̄ ad mēbrū sicut ad locū sue forme ꝛ spēi
in qua cōplemtum accipit illi⁹ virtutis que
generata est in ipo ꝑ actiōem aie que ē act⁹
membroꝝ. Cum aūt hec virtus nō sit ele-
mentalis sed aie que est actus mēbrorum
cōstat ꝙ naturaliter mouet̄ vel poti⁹ si ita li
ceat loqui aialiter mouet̄ ad mēbra ꝛ nō ꝑ
virtutē aliquā elemētalē. Et ꝙ dicit elemē
ta aliqualiter remanere i mixto cibo non iu
uat ad sue opiniōis assertiōem: qꝛ elemēta
materialia efficiūtur: ꝛ virtus aie alimētuꝫ
assimilās efficit̄ formalis ꝛ mouēs. Qꝫ āt
dicit grossius ꝛ terestri⁹ eē nutrimētū inferi
oruꝫ mēbroꝝ nō generaliter est verū. Mē
brorum eni terrestrium sicut sunt ossa nutri
mentū est terrestre: ꝛ mēbrorum aquaticoꝝ
sicut ē cerebrū: nutrimētū est aquaticū ꝛ os
sa sūt superius ꝛ inferius corꝑe: cerebrū tā
tū superius. Sed verū ē ꝙ i senib⁹ ꝛ i mu-
lieribus frigidis plus nutriūt̄ inferiora mē
bra q̄ꝫ suꝑiora ꝓpter caloris defectuꝫ: qꝛ ca
lor est instrumentū aie ꝛ deficiēte instrumē
to: aut nulle fiunt oꝑatiōe artis aut nō bene
fiunt: sed ex hoc nō ꝓbat̄ ꝙ fiat nutrimētū

virtute elemētali: sed potius virtute aie cuꝫ
aliquo defectu instrumēti qꝛ ƀm empe. ni-
hil deberet de nutrimēto in talib⁹ ferri sur-
sum sed totū deorsuꝫ. Sic igit̄ pꝫ ꝙ non ve
re dixit empedocles.

Capitulum quartum de improbatione erroris eorum qui dicunt augmentum ꝛ alimentum fieri per virtutem ignis.

Unt autem quidam qui non omniū
elementorum virtute fieri dicebant a
limentum: sed virtute ignis tantum: ꝛ simi
liter augmentum cuius assignabant ratio-
nem: quia ignis solus inter omnia corpora
ꝛ alitur virtute ꝓpria ꝛ augmentatur. Ali-
tur enim inquantum educit subtile humi-
dum de calefactis ꝛ conualescit ꝛ susten-
tatur in ipso: augetur autem inquantum in
crementum accipit sue quantitatis per ap-
positionem cremabilium: ꝛ propter hoc di
cunt ꝙ ignis etiaꝫ hec duo in omnibus o-
perat̄ animatis. Et hi quidem adhuc a
lijs duabus rationibus sunt inducti qua-
rum vnam esse dicebant: quia videbant ig
nem non nutritum perire per continuā sue
materie perditioneꝫ. Euolant enim ascen
dendo semper materiales partes ignis. ꝛ
contendunt superius. Cum igitur sic con
tinue deperdatur indiget deperditi restau-
ratione. Non autem deperditum restaura
tur nisi per nutrimentum oportet igitur ꝙ
ignis nutriatur. Si quis autem eis dixit ꝙ
ignis naturaliter mouetur sursū ꝛ ideo par
tes sue materiales euolant ex ipso natura-
liter dicebant hoc esse non posse ꝓpter hoc
ꝙ nihil corrumpit seipsum: nec naturaliter
intendit suipsius corruptionem. ignis autē
corrumpitur per hoc ꝛ destruitur ꝙ paula-
tim euolant ex ipso partes materiales sue
ergo non naturaliter emittit eas: sed per ali
quid corrumpēs: erit igitur etiam naturale
nutrimentū ipꝫ saluās ꝛ deꝑditū restituēs.
Alia aūt ratio istoꝝ fuit: qꝛ dicebāt augmē
tū fieri ꝑ hoc ꝙ addit̄ aliud corp⁹ intrās in
poros ei⁹ qđ auget̄ ꝛ nihil esse ita porosum

sicut ignē ꝓpterea ꝙ siccissim⁹ est ꝛ ꝑspicu⁹ ex siccitate etiā ↄtinet poros: ꝑspicuitas aūt multitudinē oñdit poroꝝ. Hec aūt ñ sunt vera in toto. veꝝ quidē ei est nō fieri alimē-cū sine calore ignis: sed calor ille instr̄alis ē ꝛ nō ṗmū efficiēs: ꝛ iō est cōcausa ꝛ non cā ṗncipal'. Opaꝛ eni in alimētū nō spēs ignis sed spēs viui corpis ꝛ v̄tutis aie: sicut supi⁹ dixim⁹: ꝛ iō nō alterat ad spēʒ ignis ſʒ carnis vel ossis: q̄ sūt spēs organoꝝ aie. Cui⁹ signū est: qꝛ augmētū ignis in q̄titate intermīatū ē. tm̄ ei augeꝛ: q̄tū ē cremabile appositū igni. Sed oīm aiatoꝝ q̄ ↄstāt in figura ꝛ q̄titate certa est q̄titas in q̄ saluaꝛ forma illi⁹ spēi: ꝛ est rō magnitudinis i mario ꝛ in mimo in q̄ stat: ꝛ ex̄ quā nō saluaꝛ spēs ꝛ augmētū habet terminū quod est q̄titas organoꝝ q̄ sufficit opatōib⁹ virtutū ꝛ potētiarū: ergo aliud est ṗcipiū augmē i in aiatis q̄ȝ sit virt⁹ ignis. hāc aūt vocam⁹ aiam q̄ talē ponit augmēto suo terminū. h̄ ei mag' sunt rōis: h̄ est forme q̄ dat esse ꝛ rōnem q̄ȝ māe: h̄ est q̄ȝ alicui⁹ v̄tut' m̄alis vel corpee sicut est calor ignis. Alia aūt rō q̄ auicēna improbat sn̄iam istā est: ꝙ ignis q̄ādo nutrit ꝛ augeꝛ: nō nutrit ꝛ auget nisi seipm̄. aia aūt vegetabilis: neqȝ nutrit: neqȝ auget seipam: sed poti⁹ corp⁹. Ratiōes aūt quas inducūt nō difficile est soluere. dicim⁹ ei ꝙ ignis nō ꝑ̄ͤ nutriꝛ neqȝ augeꝛ. Id ei qd̄ ↄuertiꝛ in ignē: ñ ingrediꝛ i ignē: neqȝ ingrediꝛ in ip̄m vt cuilibet pti addaꝛ ꝛ vniaꝛ sed diffundit' ignis ꝑ generatōem forme ignis in m̄ā aliena. Et qd̄ dicūt ꝙ attrahit s̄btile humidū ex cremabilib⁹ ꝛ ꝙ illo cibaꝛ: dicēdum ꝙ nō ad hoc attrahit vt illo cibeꝛ: sed potius vt in illo genereꝛ tanq̄ȝ in ṗma m̄ā. Nō eni attrahit nisi qꝛ calefacit ꝛ s̄btilizat: ꝛ tūc calor facit ip̄m ebulire ad supficiē corporis: cui illud fuerat humidū: ꝛ ibi fumat ꝛ fit flamma. deberet aūt attrahi in oēs partes ignis anteq̄ȝ inflāmaret si esset nutrimētum ignis. patet igiꝛ ꝙ illud est ꝑ̄ͤ generatio ignis ꝛ nō nutrimētū. Qꝫ autē dicūt in igne fieri depditonem ɓm māīn: dicenduꝫ ꝙ accidit igni inq̄ātū est in loco alieno. ꝑ hoc eni materie ptes pl⁹ igni similes euolāt intendētes ire ad locū ꝓp̄um: sed extiguūꝛ ab aere circunstāte: ꝛ sic fit cōtinua ignis deꝑditio: neqȝ intendit ꝑ hoc suā corruptōem sed poti⁹ meli⁹ saluari ꝛ cōualescere in loco ꝓprio: ꝛ sic fieret si nō impediret: ꝛ ideo ñ intēdit ignis ɓm nām restaurare illud depditum: sed poti⁹ per inflammatōem multiplicare suā spēm in materia aliena sic̄ diximus. Qꝫ aūt obiciūt de poris ꝛ vacuo oñdim⁹ nihil esse in ṗmo de genera. ꝛ corrup. Exclusis autē sic falsis opionib⁹ ꝛ erroribus antiquoꝝ: loq̄mur de q̄libet potentia vegetabilis anime: ostendētes que sit quelibet ipsarum: ꝛ quam habent ad inuicem: ꝛ ad animā vegetabilem ↄpatōnem.

Capitulum quintuꝫ de alimento quod est obiectum nutritiue ꝛ vegetatiue.

Quoniam autem hec potentia anime quam vocamus nutritiuam est vegetatiua indiuidui generatiua per multiplicatōem indiuiduoꝝ in specie: oꝫ nos ɓm predictā doctrinā pl⁹ loq de nutrimēto. Opꝫ ei qd̄ est alimēti op⁹ determinatio fit circa alias potētias aie vegetabilis: eo ꝙ augmētatiua ꝛ gn̄atiua opatōeꝫ quādā alimēti recipiūt. Est igiꝛ alimētum q̄si obiectū vnū trib⁹ potētijs aie vegetabil' preuiū. Primū autē quod de alimēto querendū occurrit est: vtrū alatur cōtrariū contrario: vel simile simili. Videꝛ eni quibusdam ꝙ cōtrariū alaꝛ cōtrario: sed nō omne cōtrariū aliꝛ a quocūqȝ cōtrario: sed solum illo cōtrario aliꝛ aliq̄d ↄtrariū q̄ñ ↄtraria ñ solū gn̄ari possibile ē ex alterutris: sed etiā augmētari vnū ex alio. Multa eni gn̄anꝛ ↄtrarioꝝ ex alterutris: nō t̄ñ oīa ↄ̄ria fiūt ex oīb⁹ sic̄ dixim⁹ in li. p̄hicoꝝ: ꝛ eoꝝ q̄ generanꝛ ex inuicē nō oīa augēt se inuicē: sic̄ q̄ñ sanū generaꝛ ex laborāte: nō augetur neqȝ alitur vnuꝫ ex alio: ꝛ vt vniuersaliter dicaꝛ cum ↄtraria sint que sunt potētia ꝛ act⁹ ad inuicem in generib⁹ omnibus: ea que sunt vnius generis contraria generanꝛ ad inuicem: sed nō augetur neqȝ alitur vnū ex alio nisi sint ↄtraria i genere s̄bāᵗie tm̄ accepta

Jn illis vnū eni ſbaliter pōt ↄuerti in ſbaꝫ
alteri⁹: ⁊ ideo vnū pōt alere ⁊ augere alteꝝ
Sꝫ adhuc obſeruādū eſt: ꝙ neqꝫ illa eodē
mō ſe hn̄t ad inuicē ꝙ ſcilꝫ vtrūqꝫ alat reli⸗
quū ⁊ ecōuerſo: ⁊ h̄ ſcim⁹ ex dictis antiquo
rū: qui dixerunt de ſimplicib⁹ corꝑib⁹ ꝙ aq̄
alit ignē: ⁊ nō ecōuerſo ignis alit aquā. ⁊ lꝫ
falſa ſit eoꝝ ſuppō: tn̄ vīſſima ratiōe fuerūt
inducti. Viderūt eni ꝙ nihil aliud alit niſi
qꝺ recipit ſpēm ⁊ formā ei⁹ qꝺ alit̄ ab ipſo
Humidū aūt inter oīa ꝑ̄ma ſolū videbant
facile recipe formas ⁊ ſpēs alioꝝ corporū
que ei impmunt̄: ⁊ ideo dixerūt h̄ ſolū eſſe
alimētū. Et hec rō cogit ꝙ omne alimentū
oportet humidū eſſe ꝫm actū: licet forte po⸗
tētia ſit alteri⁹ qualitatis. Viderūt etiam ꝙ
omne qꝺ alit̄ ſpēm ⁊ formā ſuā impmit ei
quod alit ipm. Nihil aūt adeo pōt eē ſigil⸗
latiuū forme ſue: ſicut calidū ⁊ ſiccū. qꝛ cali
dū penetrat: ⁊ ſiccū retinet acumen qꝺ dat
ei calidū: ⁊ ideo ſolū ignē nutriri dixerunt.
patꝫ igit̄ ꝙ licet nō verum dixerit in hoc ꝙ
aqua alat ignē: tamē cauſa ꝓpter quā illud
dixerūt eſt veriſſima: ⁊ ex veritate que ē in
dicto eorum iſto accipit̄ ꝙ nō equalr̄ ſe hn̄t
cōtraria adinuicē: quoꝝ vnū alit: ⁊ alterum
alit̄ ꝙ vtrūqꝫ. ſ. ab altero ⁊ ali poſſit ⁊ alere
reliquuꝫ. Alens eni in eo ꝙ eſt alens oꝫ ꝙ
ſit in actu humidū ſuſceptibile forme ⁊ ſpe
ciei ei⁹ quod alit̄. Jd aūt quod alit̄ eſt hn̄s
virtutē que formā corꝑis quod alit̄ ⁊ mem
broꝝ ei⁹ ſigillat in ipō: ⁊ ideo indiget inſtrō
quod eſt calor naturalis: ⁊ alīȷs v̄tutib⁹ ſibi
ſubſeruiētibus: de quibus infra dicemus.
Diſtinctio autē que eſt inter alens ⁊ id qꝺ
alit̄ inter corpa animata in ſolis ſimplicib⁹
depꝫhendit̄: ſicut dixim⁹ ꝙ ignis alit̄ ⁊ aqua
alit: ⁊ nō ita videt̄ in cōpoſitis ꝓpter qꝺ cō
poſita ab excellētīȷs ꝑ̄marū qualitatū ſunt
remota: ⁊ ita nō vident̄ eſſe i actu humida:
neqꝫ in actu adeo ſicca ꝙ poſſit ita euidēter
habere ꝓꝑetates alētis ⁊ aliti quēadmodū
ſimplicia. Hec aūt que dixim⁹ hn̄t opionē
eo ꝙ quidā vidētes alimētuꝫ vniri ei quod
alit̄: nihil aūt vniri alīȷ: niſi qꝺ ſil̄itudinē hꝫ
in formā ad ipm: dicūt nō augeri vel ali cō⸗
trariū ↄtrario: ſed poti⁹ ſimile ſimili. Alīȷs
aūt de quib⁹ ꝑ̄dixim⁹ videbat̄ ali ↄtrarium
ↄtrario: tanq̄ꝫ impoſſibile ſit ali ſimile ſil̄i.
Et ꝑ ſe inducūt ratōnem ꝙ omne alimētū
mutat̄ ⁊ decoquit̄ decoctōne calidi ⁊ hūidi
ſic alimentū omne mutat̄. Mutatio auteꝫ
omnis: aut eſt de ↄtrario in ↄtrariuꝫ: aut de
ↄtrario in mediū qꝺ ↄꝑatū ↄtrario eſt ↄtra⸗
rium: ergo nō alit̄ niſi contrariuꝫ contrario.
Adhuc aūt omne alimentū patit̄ ab eo qꝺ
alit̄: ⁊ nō ecōuerſo. ↄtraria autē ſunt que pa
tiunt̄ ab inuicē. patit̄ ei decoctōem ⁊ aſſimi
latōem: cum omnis decoctio ſit cōplexio a
nāli ⁊ ꝓꝑ̄o calore ex cōtraiacētib⁹ q̄litatib⁹
aut paſſiōib⁹ ſicut habitū eſt i q̄rto methau
roꝝ. Nō tn̄ patit̄ id qꝺ alit̄ ab alimēto: ſic
neqꝫ inſtroꝝ dom⁹ aliquid patit̄ a mā ex q̄
fit dom⁹: ſed poti⁹ mā patit̄ ⁊ trāſmutat̄ ab
ipō in dom⁹ formā. Jta ⁊ alimētū trāſmu⸗
tat̄ in formā ei⁹ qꝺ alit̄ ⁊ nō ecōuerſo. Jn⸗
ſtructor aūt dom⁹ nō hꝫ mutatiōem niſi illā
q̄ eſt ex ocio ad agere ſiue act⁹ ꝑ̄mi ad ſecū⸗
dū: ſicut ſciētē dicim⁹ mutari qn̄ actu fit ↄſi
derās. ita etiā aīe virt⁹ que nutritiua vocat̄
mutat̄ qn̄ de nutriēte ꝫm potētiā efficit̄ nu⸗
triēs in effectu: ⁊ forte hoc nunq̄ꝫ eſt: quia i
tl̄ib⁹ v̄tutib⁹ ſuꝑi⁹ dixim⁹ aīam magis fore
actū ꝫm quā ꝑ̄mū: ⁊ poti⁹ aſſil̄ari vigilie q̄ꝫ
ſomno. forte ei ſꝑ nutrit: ⁊ ſi nō ſꝑ nutrimē⸗
tū ab extrīſeco q̄rat: q̄a ſꝑ aliq̄d agit circa
nutrimētū: aut diſſoluēdo: aut alterādo: aut
attrahēdo: aut vniēdo mēbris. Jn determi
nando aūt iſtā q̄ōem magnā habet diām:
vtrū nutrimētū ſit qꝺ vltio ē qn̄ vnit̄ mēbriſ
aut qꝺ ꝑ̄mo q̄rit vt nutriat anteq̄ꝫ alteret̄ ⁊
aſſil̄et̄ aut vtrūqꝫ: qm̄ ſi ↄſiderem⁹ nutrimē
tū ꝫꝫ actū: h̄ ē ꝙ pōt ꝑficere nutrimēti opa⸗
tiōem ꝑ hoc ꝙ mouet̄ ad mēbra ⁊ vnit̄ mē⸗
bris: ſine dubio tūc id qꝺ aſſil̄atū ē mēbris
eſt nutrimētū. Si aūt nutrimētū accipiat̄ ꝫꝫ
potentiā: ꝙ. ſ. pōt ꝑ ſuā ſbam fieri nutrimētū
tūc nutrit̄ ↄtrariū cōtrario: ⁊ iō nō coctū ad⸗
huc ē ↄtrariū: coctū aūt ſimile: ⁊ ita vtrūqꝫ
ꝑ̄dictoꝝ ↄtingit dicere: ⁊ ꝙ ↄtrariū ↄtrario:
⁊ ꝙ ſimile ſimili alit̄. ⁊ ideo manifeſtuꝫ eſt
ꝙ vtriqꝫ quodāmodo recte ⁊ nō recte dn̄t.
Qm̄ autē ſicut ſupra oſtendim⁹: nihil alitur
ꝓꝑ̄e quod non habet animā: oꝫ aīatuꝫ eſſe
corp⁹ qꝺ alit̄: ⁊ anime potētia in alimentuꝫ
agere: ⁊ non virtute elementali ſimplici.

Alimētū igit aiati corpis p se est ꝛ non ſm accñs. vtutib⁹ aūt eľalib⁹ nō attribuit nisi p accñs: h ē inquātū sunt instrumēta anime: ꝛ sic qualitates eľales sunt concause ꝛ non cause alimēti: sicut supra ostendimus.

Capitulum sextum de officijs nutritiue ꝛ augmentatiue.

His autē habitis de alimēto: de ipsis potētijs ē determinādū. Est āt potentia nutritiua que de nutrimēto restaurat deꝑditū in corpe aiato vt saluet in esse diuino. Augmētatiua autē est illa que de nutrimēto addit quātitati mēbrorū vt ad debitā longitudinē ꝛ quātitatē deducāt. ꝛ ex hoc accipit ꝙ licet idē ſbm sit alimēto ꝛ augmētatiuo: hoc est ei quod auget: tamē esse eorū ſm rōem diffinitiuā est alterū ꝛ alterū. Aiatum eni ſm ꝙ quātū est alimētū augmētatiuū querit: sed nō nutrit nisi ſm qđ est h aliquid: ꝛ ſba potens recipe formā mēbroꝝ ꝛ ſbam. Nutrimētū eni nō saluat nisi ſbam: ꝛ ideo ꝙ̄ diu pōt nutriri: tam diu saluat in indiuiduo. Sed augmētatiua nō agit p totam vitam: ꝛ ideo ipa non est saluatiua ſbe: sed poti⁹ ꝑfectiua quātitatis. Et sunt q̄tuor differētie iter nutritiuā ꝛ augmētatiuā: q̄rū vna est ꝛ pncipalis: ꝙ nutritiua non accipit alimētū nisi inquātū ē potētia ſba mēbrorū: ꝛ nō curat de q̄titate. Augmētatiua aūt accipit ipm inquātū potētia addit quantitati mēbroꝝ inquātū mēbroꝝ quātitas extēdit ipso addito mēbris. Secūda aūt ē: q: nutritiua addit ſbam cibi ſbe mēbroꝝ eq̄lem ſm tres corpis diametros: longitudinis: ꝛ latitudinis: ꝛ ꝓfunditatis: in oib⁹ his eq̄lr ꝑditū restaurās. augmētatiua aūt pcipue addit lōgitudini: ꝛ iō indiget ꝙ calor su⁹ sit fortior ꝛ mēbra in qb⁹ est sint mollia q̄ extēdi possint. h aūt sic ꝓbat. lōgitudo eni nō fit maior nisi ossib⁹ extēsis: ꝛ h dura sunt: ꝛ nō nisi forti calore faciēte discurrere nutrimētū p ipa fieri pōt. Siľr aūt nō fit extēsio sicci indurati: sed poti⁹ ei⁹ qđ ē humidū flexibile: ꝛ iō nō fit augmentū nisi in iuuētute anteq̄ȝ adueniat siccitas nimia q̄ ꝓhibet extēsiōeȝ ꝛ h ē cāꝝ vna q̄re non semp augēt corpa: lȝ semp nutriūt. Nutritiua eni lȝ ſm oēm dimēsionē vt dixim⁹ nutriat: nō ſm latitudinē maxie nutrit: q: ad illi⁹ incremētū nō exigit nisi assimilatio nutrimēti ꝛ additio: ꝛ n̄ extēsio in ampliorē q̄titatē nisi q̄tū extēdit i addito: ꝛ h frequēter fit in solis mēbris mollib⁹ q̄ sunt caro ꝛ hmōi ꝑter h ꝙ ossa extendant: ꝛ hoc fit calore debili magis q̄ȝ forti. Tertia dr̄ia ē: ꝙ nutritiua ebetiori vt dictū ē instrō opat: augmētatiua autem acutiori. Cū eni calor n̄alis vtriusq̄ȝ sit instrm: ebes calor ē q solū ꝯuertit nutrimētū: ꝛ assimilat. Acut⁹ autē q facit ipm discurrere p mēbra dura q̄ mollificat infundēdo ea acuto hūore nutrimētali: ꝛ tūc extēdit ea. ꝛ cā hui⁹ est q: cū q̄libet vt⁹ pl⁹ possit in mā ꝓpa q̄ȝ aliena ebetat calor: q̄to pl⁹ de aliena mā ingerit. Qđ vt meli⁹ itelligat oȝ scire ꝙ duplici hūido idigȝ oē qđ nutrit. vnū qdē ē seiale: qđ ē aliqd ſbe seis: ꝛ illđ ē ꝓpriū ſbm caloris n̄al. Aliud aūt ē nutrimtale qđ accipit de nutrimēto qđ ſp retinet aliqd de nā cibi ꝛ iō ſp aliqd hȝ de ex̄neo: pp qđ non adeo efficax ē in eo calor n̄alis: sic in pmo hūido ꝛ q̄to pl⁹ ingerit de nutrimentali hūido qđ addit radicali siue seiali: ex quo formāt mēbra radicalia ꝛ qđ ē infusuȝ eis: tāto pl⁹ inspissant ꝛ indurant: ꝛ calor pl⁹ in eo debilitat: ꝛ iō calor q pmo fec duas opōes alimēti. s. ꝛ extēsiōis: tādē pp sui debilitatē ꝛ mēbrorū duritiā nō pōt ꝑficere nisi vnā que ē nutrire: ꝛ iō tūc stat augmētū. Est auteȝ circa hoc adh notādū ꝙ tēp⁹ incremēti etiā ſm galienū ꝛ auicēnā ē tēp⁹ etatis puerilis q sunt calidi ꝛ hūidi pp vicinitatē quā hn̄t ad suā originē q̄ est ex calido ꝛ hu. Hūidū aūt ꝛ calidū simľ ꝯiūcta faciūt diffusionē ꝛ extēsionē. pcedēte aūt tpe exsiccat paulati humidū in tpe iuuētutis ꝛ indurāt mēbra: ꝛ licet acuti⁹ in iuuenib⁹ sit calidū: tamē nō est maius in iuuenib⁹ q̄ȝ in pueris. Et de h dat exēplū cōueniēs galien⁹: quia si aliq̄ caliditas determinate virtutis penetrat in aquā: ꝛ eadem in essentia caliditas penetrat in materiam siccam: acutior erit caliditas: q̄ȝ in humido sed non maior. Et sic est de calore puerorū ꝛ iuuenū qui equalis est licet acutior sit in iuuenibus q̄ȝ in pueris.

ꝛ ideo in pueris plus de cremēto operatur ꝓpter mollíciem membꝛoꝝ̃: ꝛ in iuuenibꝰ minus ꝓpter eoꝝ̃dem duriciē: licȝ caloꝛ sit equalis: ꝛ huiꝰ signū est ꝙ pueri circa septimum annū vt in pluribꝰ plusq̄ȝ dimidiū ꝓficiūt sue quātitatis. Hec igit̄ est tertia differentia. Quarta autē est penes finē vtriusq̄ȝ accepta: quia anima sicut ꝛ natura nō est infinite ꝛ indeterminate intentiōis: ꝛ iō habita debita quātitate in qua exercere potest suas operatōes: nō auget vltra augmētatiua anima: etiā si posset bene vltra augere. quia nō abundat supfluis natura: sic etiā nō deficit in necessarijs. finis aūt nutritiue est saluare indiuiduū ꝑ depditi restaurationem: ꝛ h̄ necessariū est in toto tempoꝛe: ꝛ iō ꝑ totā piodū cōtinue opat̄. Reliqua autē que de augmēto ꝛ nutrimēto dicēda sunt i pmo de generatōe ꝛ coꝛruptiōe requirātur.

Cap. vij. de officijs virtutis generatiue.

Idem autē nutrimentū ꝑ virtutē generatiuā est factū generatōnis: nō tamē generat id quod alit̄: sed potiꝰ generat id quod est vt id quod alit̄ in specie: cuiꝰ ꝓbatio est: quia nihil generat seipm̄. opoꝛteret eni ꝙ idē esset ꝛ non esset simꝉ. Omne eni generās actu est: id autē quod generat̄ actu nō est ens: esset igit̄ idē ꝛ non esset ꝭm s̄bam: ꝛ ideo sicut alimēto ꝛ augmēto aliud ꝛ aliud est esse ꝭm idē s̄bm: ita alimēto ꝛ generatiuo necessarium est aliud esse ꝭm diffinitiuam rationem. Propter quod notādū est nutritiuā saluare indiuiduū per distributōem nutrimēti ad mēbꝛa: ꝛ qđ supfluit membꝛis: hoc sequestrat ad membꝛa genitalia que trahūt ipm̄ sicut vētosa trahit sanguinē. Mēbꝛa autē seminaria sunt oꝛganū vitutis generatiue: sicut cerebꝛū est oꝛganū virtutis animalis: ꝛ coꝛ virtutis vitalis: et virtꝰ generatiua sita in mēbꝛis genitalibus impmit in alimēto supfluo virtutē foꝛmatiuam: que i seminis viscositate retēta: q̄ndo fuerit in debito loco foꝛmat semē in oꝛganicum coꝛpus. sicut eni nutritiua cibo influit spēm membꝛoꝝ̃ ꝑ quā tendit ad membꝛa ita genitalia influunt ei virtutē foꝛmatiuam qua foꝛmat̄ semen in membꝛa coꝛꝑis oꝛganici. ꝛ hoc quidē semē a toto coꝛꝑe decidit̄ ꝛ maxime a cerebꝛo: ꝛ per spongiositatem membꝛoꝝ̃ attractatiua virtute testiculoꝛum trahit̄ ad vasa seminaria: ꝛ ibi infoꝛmat̄ predicta virtute. Et ideo virtus generatiua in veritate est duplex. Una quidē in generante que descindit semē attrahēdo: ꝛ hec opatur tribꝰ: caloꝛe scilȝ qui spumosum facit semen vt spumosuȝ sit spiritu deferēte foꝛmatiuam virtutē: ꝛ hic spūs extēdit mēbꝛa genitalia: ꝛ eodē caloꝛe ꝯsumit supfluū hūidi seis vt efficiat̄ globosū ꝛ q̄si glādulosuȝ ꝙ magꝭ retinere possit virtutes sibi impssas: ꝛ meliꝰ retieat figuras mēbꝛoꝝ i se effigiatas. Opat̄ autē seipa virtus generatiua influendo virtutē foꝛmatiuā que est in semie: sicut ars est in artificiati materia: ꝛ opat̄ humido cibali: sicut materia etiā opat̄: ꝛ opat̄ vētositate sicut instrumēto extēdēte mēbꝛa genitalia ad actū coitus: ꝛ eijciēdo semē a masculo in fe. ventositas eni ꝓpellit semen ad locū debitū. Alia autē virtꝰ generatiua ē in semine: que est virtꝰ foꝛmatiua: duo habēs instr̄a: ꝛ duas mās: ꝛ duo opa. vnū quidē suoꝝ instr̄oꝝ ē caloꝛ seis: qui triplici v̄tute ē infoꝛmatꝰ: quarū vnā hȝ a s̄ba inquātū ē caloꝛ: ꝛ ille ē virtꝰ solutiua aut dissolutiua et subtiliatiua et alteratiua seis. Secūda autē ē virtꝰ celestis: q̄ v̄tute opat̄ ad vitā ex potētia motōnis celi: sicut diximꝰ in alijs locis. Tertia ē virtꝰ anime: cuiꝰ ipe caloꝛ ē instr̄m v̄tute qua inducit foꝛmas oꝛganoꝝ phisici coꝛpis potētia exercētis opa vite. Hȝ etiā spm̄ infra spumā seis cōtētū ꝓ instr̄o ꝑ quē vehit in oēs ptes semis suas v̄tutes. Duo aūt humida sunt māe in quibꝰ hoc opatur. vnū quidē ē quod ē in subātia seminū: et h̄ ē pncipale. Aliud aūt ē attractū vt addat̄ illi: h̄ ē humidū sanguinis menstrui loco cuius infans querit cibum cum a matrice separat̄: ꝛ h̄ humidū est supplementū qđ additur humido seminali vt sufficiat foꝛmatōni membꝛoꝝ̃. Duo autē opera sunt. vnū q̄dē membꝛoꝝ̃ foꝛmatio. alterū autē ē qđ attribuit̄ membꝛis: sicut numerꝰ membꝛoꝛum ꝛ oꝛdo: ꝛ situs ꝛ asperitas ꝛ lenitas: ꝛ cetera huiusmodi que membꝛis attribuuntur.

Hec igit sunt opa generatiue: τ h quidem fit ex nutrimēto. Fuerūt aūt quidā cōtēdētes: nō ex nutrimēto: sed ex aliquo qđ actu est ps aiati fieri generatōez dicētes eā fieri ex carne: nō ex supfluo nutrimēti. Sz error eorū cōuincit quatuor rōibus. Quarū pma est: q caro vel aliud quod est pars corporis animati: non est potētia corpꝰ animatū: nisi pus a sua forma corrūpat. semē autē est potentia totū corpus. Secūda ratio est: q ill'd quod est actu pars nō decidit ab aiato: nisi cum magno dolore: semē autē separat cum delectatōe. Tertia ratio est: quia actu pars nō decidit a toto corpore: semē aūt decidit a toto corpore. Quarta ratio est: qa videmꝰ oculis nostris semina plantarū: neq3 lignū esse: neq3 folia: neq3 radicē: sed semina maturarata: τ videmꝰ semina animaliū nō eē carnē neq3 os: sed humorē album. falsum igit est quod dicūt: τ ratiōibꝰ inductis τ mltis alijs manifestat error eorū. Querūt autē isti qualiter tūc sit generatio vniuoca: vt ex planta planta: τ ex homie homo. Sed ad hoc nos dicimꝰ q generatio dicit equiuoca vel vniuoca quātū ad generās pmū effectiue quod decidit a se semē. h eni dat vtutez formatiuā semini: τ sic fit ex plāta planta: τ ex homine homo: τ sic de alijs. Ex oibꝰ autē pmissis cōstat q hmōi pncipiū qđ vocamꝰ aiam nutritiuā est eiꝰ quod pōt saluare seipm: τ suscipe tale pncipiū secundū qđ est in tali dispōe. Ad h eni habet eaz vt saluet in aliquibꝰ suis dispōnibus: licet in omnibꝰ saluari nō possit: quia in quibusdā continue mutat. Alia aūt sunt que nō indigēt tali pncipio: eo q in omnibꝰ suis dispōnibꝰ semp vno modo cōseruāt: sicut corpora celestia: τ ideo illa hūt alias virtutes q3 mortalia. Non eni indigēt nutritiua τ augmentatiua τ generatiua: quēadmodū diximus in alijs.

Cap. octauū est: digressio declarans quatuor virtutes materiales dictis tribus virtutibus deseruientes.

Oportet aūt scire q cū vnū τ idem sit sbm circa qđ dicte vtutes tres opant Habēt tamē in hocipo virtutes multas sbseruiētes sibi: quarū tamē mltitudo ad quatuor est reducta: que sunt attractiua: digestiua: expulsiua: τ ante has tres appetitiua. Appetitiua eni appetit cibū appetitu naturali: put est anime vegetabilis vtus. Appetit autē ex vacuitate replētis nutrimenti τ ex defectu qui puenit ex dissolutiōe depditi a sba vegetabilis. hic tamē appetitꝰ cuz sensu est in his que habēt aiam sensibilē et vegetabilē: τ vocat fames τ sitis: τ puenit ex sensu euacuatōis. Attractiua aūt in plātis quidē est ex calido quod est in radice τ ceteris partibus plante: cuiꝰ vtute ē succio humidi nutriētis quod tāgit radices plātarum. In animalibꝰ autē est per motū villorum: qui sunt bm longitudinē in stomacho τ intestinis aialiū. Sed digestio est ex ppo τ nāli calore digerēte: τ sepante purum ab impuro: τ termināte ipm ad spēm eiꝰ quod nutrit inquātū est instrm aie. Scias tamen tribꝰ pcipue iuuari attractōem. s. siltudine: vacuitate τ calore. similitudine quidē sicut magnes attrahit ferrū: τ h fit in aia vegetabili quādo cibꝰ accipit mēbri similitudinē: τ per illā mouet ad ipm: sicut supiꝰ diximꝰ Vacuitate aūt qn mēbra vacua sunt τ pori mēbroꝝ ppter multā factā in eis depditionē τ ꝯsumptōem. Calore aūt trahēte: q2 calor nālis sugit cibū: sicut ignis sugit oleum in lampade: τ hi tres modi perficiūt attractionem in omni habēte nutritiuā virtutem aut potentiā. In animalibus autem insuper sunt villi per longitudinē stomachi: et quorundam intestinorum ordinati: qui motu suo ingerunt τ attrahunt cibum in locuz digestionis vt ibi digeratur. Retentiua autem operatur adhuc: vt cibus ita diu stet in loco vno donec debitam accipiat alterationem. Et hoc quidem generaliter iuuatur tribus: et quartum specialiter habet in animalibus perfectis. Primum autem trium est dissimilitudo quam habet ad membra: et partes diuersas eius quod nutritur. per illam enim impeditur nutritio ad partes nutriti. Secundum autem iuuans est siccitas retinentis: cuius actus in tenendo confortatur ipsa siccitate.

Et tertiũ ē frigiditas: licet frigiditas ad il-
lud opeꝛ p accidēs ⁊ nō p se. p accidēs aũt
dico frigiditatē opari: quia frigiditas tenet
id quod est nutriēs in essentia sua ⁊ figura:
ne caloꝛe dissoluatꝛ ⁊ euanescat virtꝰ eius eo
modo quo etiã cõseruat aliquãdo a putre-
dine. p se aũt nõ opatꝛ frigiditas ad aliq̃ ope
ra vite: sed potiꝰ impedit eo ꝙ est qualitas
moꝛtificatiua. Id aũt qđ spālr̃ hꝫ i aialibꝰ
pfectioꝛibꝰ sunt villi ex trãsuerso in itestinis
⁊ stomacho positi: qui compmendo retinēt
cibum ne de loco moueatꝛ. Digestiua autē
vt dixῖmꝰ i omnibꝰ iuuatꝛ calido ⁊ humido:
eo ꝙ calidũ alterat ⁊ terminat. Humiduꝫ
autē facile influit membꝛũ: ⁊ recipit eoꝛum
foꝛmas ⁊ figuras. Habet tamē tres opatō
nes: h̄ est alteratōem cibi ex qualitatibꝰ cõ-
traiacētibꝰ vt diximꝰ in quarto methauoꝛũ:
⁊ maturatōem que est p eductōem humidi
supflui: ⁊ h̄ qdē a quibusdã vocatꝛ digestio:
que fit per assimilatiōem nutrimēti ad mē-
bꝛa: ppter quod etiã quatuoꝛ digestiōes eē
dicuntꝛ. Quarũ vna fit statim in oꝛe. Supfi
cies eim oꝛis cõtinua est stomacho: ⁊ opatꝛ
in cibũ alteratōem. ⁊ hoc patet: quia triticũ
masticatũ a masticatōe accipit virtutē matu
rationũ apostematũ: quã nõ habet ꝯtusum
Et alia est in stomacho vbi grossum a sub-
tili separatꝛ: ⁊ h̄ a quibusdã vocatꝛ pma tuni
ca: cum illa quã diximꝰ fieri in oꝛe. ⁊ hec est
vera sentētia: qm̃ pma digestio i oꝛe incipit:
⁊ in stomacho pficitꝛ. Secũda autē est in
epate vbi massa que vocatꝛ ytissanaria h̄ est
succꝰ de cibo eliquatus trahitꝛ p venas que
messaroite dicuntꝛ ad epar: ⁊ ibi rubeũ san-
guinis accipit coloꝛē: ⁊ dirigitꝛ ad venas: et
in extremitatibꝰ illarũ tertiã accipit digesti-
oneꝫ: ⁊ in albedinē mutatꝛ: ⁊ separatꝛ ab eo
nimia aquositas que est in ipo p collatoꝛia
vꝛine quibusdã in aialibꝰ que vꝛinã habent
In alijs autē que nõ habēt remanet cum
fece stercoꝛuꝫ immixta. Et quarta digestio
fit in singulis mēbꝛis ad ppam similitudi-
nem membꝛoꝛũ. In plãtis autē quia terre
stres sunt nõ est stomachꝰ: sed est eis terra
p stomacho: quia in terra sub radicibꝰ eli-
quatꝛ humidũ pmixtũ: ⁊ subtile quidem su
gũt radices: ⁊ grossum dimittũt: ⁊ ideo ven

tre nõ indigēt. Expulsiua autē expellit qđ
supfluũ est: siue sit purũ siue impurũ. Et iu
uatꝛ in hoc opere multis: sed pcipue quatu-
oꝛ sunt que eam iuuãt. Iuuat eñi caliditas
vias p quas fit expulsio: aperiēdo ⁊ acuen
do id quod expellēduꝫ est. Iuuat etiã hu-
miditas aliquãdo vias per quas fit expul
sio lubꝛicãdo ⁊ mobilitatē ei quod expellē
dum est cõferēdo. Iuuat etiã frigiditas p
accidēs ventositatē que est in eijcienda sup
fluitate: cõtinēdo ne euapoꝛet ⁊ etiã ingros-
sando que cum foꝛtis est cum magno impe
tu eijcit supfluũ. Iuuãt etiã frigiditas ⁊ sic
citas p quas ei debet cõtrahēdo: ⁊ tũc qua
si expmēdo expellitꝛ supfluũ. Similr̃ auteꝫ
caliditas incidit viscositatē ⁊ sepat: ⁊ tũc fa
ciliꝰ educitꝛ. In omnibꝰ autē his virtutibꝰ
est manifestũ qm̃ frigiditas nõ iuuat nisi p
accidēs. ⁊ hoc ideo fit: quia virtutes iste p-
cipue motu pficiuntꝛ: ⁊ quedã sunt opa vi-
te: frigiditas ⁊ imobilitat ⁊ moꝛtificat. He
autē quatuoꝛ virtutes naturales vocantꝛ eo
ꝙ vt natura per instrͣa coꝛpalia operantur.
Scias autē ꝙ in his omnibꝰ semp virtutis
instrm̄ ⁊ vehiculũ est spũs: ⁊ frigiditas spi
ritũ a motu suo impellit vl' impedit: ⁊ ideo
ad opa vtutũ p se officit: sed pficit p accñs

Capitulũ nonũ de cõparatōe triũ vtutũ
anime vegetabilis adinuicē ⁊ ad seipsam
animam vegetabilem.

Voniã autē tria sunt necessaria. sciliꝫ
quod alitꝛ: ⁊ quo alitꝛ: ⁊ alēs effectiue
Alens quidē pmũ ⁊ cui essentialis est actꝰ
alendi est anime vegetabilis per nutritiuã.
Quod vero alitur est coꝛpus quod habet
animã ⁊ non aliud: sicut ostendimꝰ superiꝰ
quo vero materialiter alitur est alimētum.
Et in his est aduertere ꝙ virtus nutritiua
est deseruiens augmētatiue et generatiue:
quoniã vtriqꝫ per dictas quatuoꝛ virtutes
pꝛeparat materiã. Nutritiua enim separat
quod est superfluum nutrimēto: ⁊ expellit
ipsum ad membꝛa generatōnis: vt in virtu
te foꝛmatiua sigilletur. Augmētatiua auteꝫ
deseruit generatiue generãs in quãtitate et
figura perficiēdo vt generare possit. ⁊ ideo

constat finem in his virtutibus esse generatiuam. A fine autem qui est quo res est id quod est h est a forma: omne quod nomen accipit debet denominari a finis autem ē generare alterum vt ipsum vtiqz tunc erit principale in anima vegetatiua generare alterū vt ipsum: ideo in vegetabilibus id quod ē sbalis forma absqz dubio est generatiua.

Et ideo corpus bm omnem partem informat vbi anima vegetabilis est tota perfectio corporis animati sicut in plantis ꝛ i eis est varia generatio quia vbiqz planta generat ramos ꝛ virgas ꝛ folia ꝛ fructus ꝛ semina ꝛ vbicunqz abscidatur conualescit vtraqz pars ipsius. Sicut eniz tactus in anima sensibili est sensus particularis ꝛ forma sbstantialis eius quod habet sensus ꝛ ido ipsum brutum vbiqz determinat: ita de generatiua est in plantis: ꝑpter quod ēt nonnulli videbatur nutritiuam: ꝛ augmentatiuā eandem virtutem esse: sed primo cum fortis calor ꝛ mollia membra habere operationes duas: cum autem color debilior est ꝛ duriora ꝛ sicciora membra tunc retinere tantū operatōe vnam licet non veram causam dicant. Quoniam etiam si ponatur non hebetari calor: ꝛ non indurari corpus nihilomi⁹ stabit tamen augmentatiua in termino bm naturam vt supra diximus. Qualitercunqz autem dicatur constat ꝙ in his generatiua est finis: ꝛ ideo inter has tres vires que super nutrimentum operantur: prima naturaliter est nutritiua ꝛ secunda augmentatiua sicut sbstantia est ante quantitatem: ꝛ illa q̄ finis est generatiua que non seruat esse bm materiam ꝛ indiuiduum: sed esse diuinum in specie attingit ꝑpter quod agitur qcqd agitur bm naturam. Oportet autem scire ꝙ anima vegetabilis est que vnit in se istas vires que quidem specie differunt bm ꝙ ꝛ vegetabilia differunt. Est eni vna palmifica ꝛ altera oliuifica ꝛ sic de alijs. ꝛ actus illius anime est vita sicut diximus superius. Est autem adhuc sciendum ꝙ si compatio fiat anime vegetabilis ad sēsibilē ꝛ ronalē tūc vires anime vegetabilis dicuntur naturales eo ꝙ non nisi per instrumenta primoꝝ corporum naturalium operantur ꝛ ad naturaz in indiuiduo vel in specie ɔseruandaz sicut patet ex dictis tamen est perfectio organici corporis sicut ꝛ alie: ꝛ ideo licet nutritiua sit diffusa i toto corpe ꝑpter h ꝙ vbiqz saluat indiuiduū ꝛ similiter augmentatiua: eo ꝙ omibus diametris ꝛ precipue longitudini principaliter addit ꝛ generatiua i plantis tamē in animalibus pfectissimus he vtutes sedes habent determinatas a quibus influūt suas opationes in corpus ꝛ sedes quidem nutritiue precipue est epar cuz calore suo alterans ꝛ ad membra dirigens cibum. Sedes autem generatiue est in testiculis masculorum ꝛ feminarum. Sicut autem dixi⁹ ꝙ nihil nutrit ꝑprie nisi quod est animatū ita etiam nihil generat ꝑprie ad spēi salutē nisi quod est animatum. Generare aūt ad saluandū se in spē est generare ex eo qd̄ discinditur a seipso ꝛ cui a seipso influitur vtus conuertens id in simile bm speciem: ꝛ sic non generāt inaīata: sed potius ꝑ actiones suas generāt formas suas in mā alienā: cui⁹ causa est quia talia inaīata non hñt aliquid quod potentia sit totuz sed quicqd corporis ipsorum est hoc est actu pars ꝛ nō potentia totum. ex eo autem ꝙ est actu ps ꝛ non potentia totum fieri generatio nullatenꝰ pōt sicut dixim⁹ supius.

Capitulum decimum de duplici motore nutrimenti.

Et autem quo alitur dupl'r: sicut ꝛ quo gubernatur. quo. n. gubernat᷑ est mouens imobile ꝛ hec est manus vel virtus que est in manu. themon autem siue gubernaculum est quo gubernat᷑ sicut mouente ꝛ moto eo ꝙ est instrumētuz gubernandi ꝛ h iō est quia omne alimentū est necessarium vt possit decoqui ꝛ iō oportet esse calorem decoquentem ꝛ tunc calor effectiue alit vt mouens motuz ꝛ potentia anime est vt mouens tm̄. Si autem quispiam obijciat ꝙ mouens corporeum quod ē mouēs motuz nō optet añ se habere aliō mouens immobile motu locali tm̄ sicut ondisum est in octauo physicorum in alteratiōe āt non est necesse ꝙ corpus alterans habeat

ante se aliud mouens ipsum ꝛ sic dicat dic non oportere esse mouentem animam ante calorem. dōm ꝙ necessarium est in motib⁹ vite sed in motibus alijs naturalibus non est necessarium. necessitas autem explanata est superius vbi ostendimus ꝙ vtus elementalis sufficienter ad nutrimentuꝫ mouere non potest. Sic igitur figuraliter siue supficialiter quid sit alimentum dictum est certificandum autem erit de ipso in ꝓprijs rationibus de nutrimento. nutrimenti eniꝫ ratio plene nō determinatur ex vnius libri principijs quoniam de motu ipso nutrimēti ꝛ augmenti ꝛ generationis que sunt de nutrimento iam determinauimus in libris de generatione ꝛ corruptione ꝛ de modo decoctionis in quarto methaurorꝝ. hoc iam autē de motoribus vniuersalibus de ꝓprijs aūt motorib⁹ quo ad singula animalia quo ad sigula membra in scientia de plantis ꝛ de aīalibus erit manifestuꝫ: de ipso autem nutrimento dicendum erit in libello quem faciemus de nutrimento deo volente.

Tractatus terti⁹ secundi libri de anima de sensibus

Capitulū primū in quo genere potentie sit potentia sensitiua.

Eterminatis his autem virtutib⁹ anime vegetabilis que sunt actiones hm quas anima opatur i⁹ genere dicam⁹ verba cōmunia de omni sensu qꝛ hm sentire quod est potentia passiua opat aia sensitia: eo ꝙ hm tales potentias nō sēper agit: cōe. n. est quo ad nos prius sicut dictum est in primo phisicorꝝ. primum autem ꝙ de sensu in cōi ē ꝯsiderandū h est cū i genere sit potentie vtrū sit in genere potentie passiue: aut in genere potentie actiue. ꝛ dō ꝙ est in genere potentie passiue: eo ꝙ sēsus hm actum accidit in ipso moueri organum ꝛ pati a sensibili obiecto quod formam suā agit in organo sensus. omne. n. recipiens ē patiens ꝛ cū sensus nō sentiat nisi recipiēs formam sensibilis: oportet ꝙ potentia sensitiua sit in genere potentie passiue. alteratō ei quedam vr esse quādo sensus recipit formam eius quod sentitur hm actum lꝫ ꝓpe loquendo non sit alteratio sicut inferius oñdemus. ponūt autē quidam phorꝝ antiquorū nō fieri passionem nisi similis a silī ꝛ alij dicūt nō fieri passionem nisi quando cōtrariū patitur a cōtrario: quomō autem ambo ista dicta sunt possibilia ꝛ impossibilia dictum est in primo de generatione ꝛ corruptione vbi ꝓposuim⁹ rōnes naturales de ipso agere ꝛ pati in predicamētis vō logicas q̄sdam ꝛ cōes posuim⁹ rōnes: ꝛ ideo ibi nō īquisiuim⁹ qualr sile simili: vel contrarium a contrario patiatur. Qꝛ autem sensus sit virtus passiua sciemus, si questionem moueam⁹ q̄rētē q̄re sensuū n̄ sūt sensus ita ꝙ sēsus sentiret seipsum ꝛ quare sensus nō sentit seipso sine sensibili extra mouente sēsuꝫ cū vnitus sit sibi ignis ꝛ terra ꝛ alia elemēta que sentiūtur. attribuitur. n. cuilibet sēsui aliquod elm̄ hm plonē qð dñat in sua compōe sicut in visu ignis vt dicit plō qꝛ enim dicit ꝙ sensus est vis actiua ꝛ fit sensus extramittendo non potest dissoluere questiōeꝫ vis enim actiua ex se perfecta est ad agendum ꝛ non indiget aliquo extrinseco: ꝛ sic deberꝫ sensus sentire sine indigentia alicuius extra: ꝛ si forte dicant auctores illius secte que dicit ꝙ sentimus extra mittentes actiones sensuum ꝛ non intus suscipiētes species sensibilium ꝙ fit actio agentis nisi sensibili ꝛ passiuo presente: sicut ignis non calefacit nisi sit presens aliquod calefactibile non soluunt quia sensus est sibi p̄ns et elementa composita organa sensus non desunt sensibus ꝛ tunc deberꝫ ad minus sentire seipsum ꝛ ignem ꝛ terram ꝛ cetera que sunt presentia sensui ꝛ tñ nō sentiūtur ista ꝛ iō nō ꝯuenit: aut cōtigit vnq̄ꝫ soluere hanc q̄ōem ei qui dicit ꝙ sensus est vis actiua nulla autē ē solutō istius qustionis vera nisi ea sola ꝙ sensus cum sit potentia passiua non est actu sine presentia sensibilis extra: iōq̄ꝫ sicut combustibile nunq̄ꝫ actu comburitur nisi ꝑ speciem combustiui generatam in ipso ꝛ iō ipsum cōbustibile hm se sine combustio acceptū nō cōburetur si. n. sīn illo comburereꝫ i actu oporteret ꝙ cōburerꝫ seipm ꝛ hoc esset ac si ligna composita facerent ꝑ

se ignem sine aliquo igne incendente ea in actu ꝛ hoc est impossibile: ꝛ similiter sensus non potest perfici: ſm sentire in actu sine presentia sensibilis quod agit in ipso formam suam vt illā sentiat in actu. sicut autem omne potens potentia possiua dicitur dupl'r: ita ꝛ sentire dicitur dupl'r. si.n. ſm potentiam ante actum attribuatur ei agere hoc erit potentia ꝛ non actu: ꝛ hoc modo dicimus sentire eum qui forte dormit qlicet sensum habeat in habitu: habet tamen ligatum eo ꝙ somnus est vinculum sensuū ꝛ ideo remotiorem ab actu habet potentiaꝫ videndi dormiens q̄ȝ ille qui est in obscuro ꝛ ideo sicut dupliciter dicitur videns ꝛ audiens: ita dupl'r dicitur vl'r sentiens hoc est visum habens ꝛ non vtens vel audituꝫ habens ꝛ non vtens: aut iam operans visu et auditu quando habet speciem visibil' ꝛ audibilis: ꝛ sic vniuersaliter dicitur sentiens sensum habens in habitu completo non tamen habens spēm sensibilis ſm actum et dicitur sentiens habens speciem sensibilis ꝛ hoc est vtens sensu ꝛ opans ſm ipm. dicamus igitur in discernendo sensum an sit de genere virtutum actiuarum vel passiuarum ꝛ si sit idem numero moueri ꝛ pati ꝛ agere constat.n.ꝙ h̄ magnam habent differentiā constat.n.ꝙ motus est in eo quod mouet ꝛ patitur sicut diximus in tertio phicorum ꝛ est in eo actus quidem sed impfectus eo ꝙ est imperfecti actus in potentia ſm ꝙ est in potentia omnia autem quecunqȝ patiuntur ꝛ mouentur ab actiuo patiuntur ꝛ mouētur cū ipȝ actiuū actu sit: ꝛ ideo mouere et agere suū est perfectō seu pfecti actō: ꝛ h̄ est magna differentia. vnde etiam ipsum passiuū aliquando est simile ꝛ aliquādo dissil'e agenti quoniam in principio passionis ē cōtrarium: sed cum abijcitur forma eius ꝛ inducitur forma agētis in fine passiōis tūc fit sil'e ꝛ h̄ est quando iam passum ꝛ motum ē sicut diximus alibi: ꝛ h̄ dria ostendit vtruꝫ sensus sit potentia passiua vel actiua: quia nos inuenimus ipsum pati ꝛ moueri: ꝛ aliquando similem: ꝛ aliquando dissimilem actio que non accidunt nisi virtuti passiue. hec autem doctrina tenēda est ꝓ principio magno ad destruendam totam sententiam eorum qui dicunt sensitiuas ꝛ intellectiuas v̄tutes esse actiuas ꝛ non passiuas. habent autem quasdam rationes q̄s ꝓ se inducunt que in cōmuni de sensu quatuor sunt potiores quaꝝ prima est quia dicunt ꝙ quando duo sic se habent ad inuicem ꝙ vnum est inferius ꝛ alteruꝫ est superius in ordine nature si inferius ſm omnes suas potentias ē actiuum opꝫt etiam ꝙ supius sit actiuum quia superioris est agere potius q̄ȝ inferioris. cum igitur in ordine nature anima sensibilis superior sit q̄ȝ anima vegetabilis: ꝛ vegetabilis non habeat nisi potentias actiuas non potest habere sensibilis nisi potentias actiuas: ꝛ h̄ ratio logica est ꝛ parum potest

Secūdo autem cui maxime nituntur est ꝙ inferioris quod est māle est nō agere i supius quod est formale mag' est auteꝫ sensibilium forma mālis: ꝛ inferior anima sensibili. Sensibilis autem est in corpore ꝛ formalior q̄ȝ sit forme corpm nō ergo vt dicūt forme corpoꝝ possunt agere in potētias aie sensibilis: ꝛ sic oportet ꝙ potentie anime sēsibilis sint actiue ꝛ non passiue. Tertiū autem est quia vident sensum iudicare de sensibili ꝛ non decipi in ipso. iudicare autē certa actio quedam est perfectissima ꝛ cum illa sit sensus dicunt sēsū potentiā esse actiuā. Adhuc auteꝫ inducunt quarto loco experimenta: quia vidēt oculos menstruatarum inficere aerem ꝛ specula ꝛ aliquando oculos etiam intuentium eas: ꝛ oculos basalisci spgere venenuꝫ eo ꝙ vt dicunt visu interficit serpens qui basaliscus vocatur. h̄ autem vt dicunt non fit nisi agendo in aerē ꝛ in obiectuꝫ: ꝛ ita dicunt sēsū esse potentiā actiuaꝫ. sed hec omnia ꝛ similia friuola sūt qm̄ demonstratiue ꝓbatū est in prehabitis sēsū esse potentiaꝫ passiuam ꝛ nō actiuam His autem q̄ isti inducunt facile est rn̄dere. quod.n. prius inducunt de compatione sensibilis ad vegetabilem dici debet in veritate digniorem formam esse sensibileꝫ q̄ȝ vegetabilē sed nō ordinant penes agere ꝛ pati: quia pati sensibilis nō est ita ꝙ patiat a vegetabili anima sed potius ecōuerso. vñ cū alteri⁹ rōis sit istud pati ꝛ illō agere pēs

ħ nō ordinantur ſm nāe gradus vegetabil'
ꝛ ſenſibilis ſed potius penes hoc ꝙ vbicū
qꝫ eſt vegetatiuum in ſenſitiuo ꝙ vegetatiū
eſt ſicut inſtrumentum ꝛ ſenſitiuuꝫ ſicut pͥn
cipalis motor ꝛ fortōr ꝛ ħ patet quia nutriti
ua in animalibꝰ conuertit cibū in carnē que
medium eſt in tactu qui eſt anime ſenſibilis
ꝛ generatiua format organa ad ſenſus ap-
ta potius q̄ꝫ vegetabili deputata. Qꝫ autē
dicunt inferius ꝛ materiale non debere a-
gere in ſupius ꝛ formale friuolum ē: quia ſē
ſibilia nō agūt in animam: ſed potius in or
gana corporuꝫ: ꝛ in illa poſſunt agere orga
na autem ſunt animata ꝛ ita ꝓuenit motus
ſenſibilium vſqꝫ ad animam. Qꝫ autem
dicunt de iudicio ſenſuum dōm ꝙ nulla eſt
adeo paſſiua quin ꝑ formam ſui actiui exi-
ſtentem in ipſa poſſit agere ꝛ ſic eſt de ſenſu
qui efficit' in actu ꝑ formam ſenſibilis i ip-
ſo exiſtentem: ꝛ iō tunc agere poteſt ſicut
ſciens poteſt conſiderare. Qꝫ autem indu
cunt vltimo eſt oīo ſtultum: quia talis actio
nō eſt oculi inq̄ꝫtum eſt ſenſus in ipſo: ſed
potius prout eſt pars corpis euaporantis.
vapor enim reſolutus ab oculo eſt ille qui i
ficit ꝛ non viſus qui eſt in oculo: ſed tm̄ va-
por ille eo ꝙ ſbtilis eſt ꝛ acutus magis pe-
netrat i corpora clara ſicut in ſpecula ꝛ ocu-
los qui ſunt quaſi ſpecula animata q̄ꝫ pene
trat in alia corpora: ꝛ hec eſt cauſa etiaꝫ q̄re
oculi citius q̄ꝫ alia membra leduntur in ta-
lium aſpectu.

Capitulum ſecundū de diſtinctōibꝰ potentie paſſiue in apprehendendo.

Hs igitur ꝛ ſic hītis ꝙ ſentire eſt
ſm potentiam paſſiuam diuiden-
dū eſt de potentia ꝛ actu qm̄ vtrū-
qꝫ dicitur dupl'r: nūc.n. ſimpl'r ꝛ vl'r volūꝰ
aliquid dicere de ipſis quia certificatīe de
eis dicere eſt pͥmi phi. dicimus igit' ꝙ potē
tia dicitur duobus mōis hoc eſt diſpoſita ꝛ
indiſpoſita perfectione prima. dicimꝰ.n. ali
quando hominem ſcientem in potentia: qr
cū eſt indiſpoſitus ꝛ nihil hꝫ niſi naturā ad
ſciam ordinataꝫ ſicut iō ꝙ hō eſt animal di
ſciplinabile: dicimus hoiem potentia ſcien
tem: ꝛ hec potentia que eſt ante ꝑfectionez
pͥmam ſiue ante habitum hꝫ gradus duos
pōt enim eē remota ꝛ ꝓpinqua remota qui
dem ſicut dicimus puerum potentia ſcien-
tem ꝓpinqua ſicut dicimus potentia ſcien
tem eum qui iam nouit inſtrumenta ꝛ prin
cipia quibus accipitur ſcientia que diſcens
a doctore non accipit ſicut ꝙ de quolibꝫ cō
tingit affirmari vel negari ꝛ de nullo ſimul
ꝛ ꝙ omne totū maius ſua parte eſt ꝛ ꝙ vni
ꝛ eidem equalia inter ſe ſunt equalia: ꝛ hꝰi
quibus ſcitis non ꝓpter hoc ſcitur ars ſed
eis ignoratis non poteſt ars ſciri. ꝛ in prac
ticis quidem eſt idem: ſicut dicimus infan
tem potentia eſſe ſcriptorem ꝛ dicimꝰ potē
tia eſſe ſcriptorem euꝫ qui nouit pennam ꝛ
calamariū ꝛ tēꝑaturaꝫ incauſtri ꝛ hꝰi alia
ſcripture inſtrā. alio mō dicimꝰ potētia ſciē
tem eū qui iam habet hītū ſcie qui hītꝰ ſcie
vel potentie ſil'is eſt ꝛ ſomno in eo ꝙ nō a-
git ſicut dicimꝰ ſcientem ꝛ non ↄſiderantez
eſſe potentia ſcientem ꝛ ħ eſt qui potentiā
hꝫ ↄpletā ꝑ actū pͥmū qui ſomno ſimil' eſt
ſed nō eſt idem modus quo vtriqꝫ iſtoꝝ eſt
poſſibil' ſiue in potentia exn̄s. ille.n. i vtro
qꝫ gradu potentie dr̄ potentia ſciens gram
maticā vel aliam ſciam ſm potentiā mālē
adhuc imꝑfectā que tamen ſm genus ē pͥ-
mū ſbm ſcie vel alterꝰ hītus ad quē ordia-
ta eſt potentia. ille aūt qui hꝫ potentiam po
tentie ꝑfectōez ad modū ſomni dr̄ ſic potēſ
qr pōt agere ſm hītū qn̄ voluerit. hītus.n. ē
quo qs agit aliqd qn̄ voluerit ſi nihil eū ex
terius ꝛ ꝑ accidens ꝓhibeat. Sil'r autem
ꝛ actus dupl'r dr̄ ſm actum primum ꝛ ſm
actū ſcdm vt diximus ſupius: ꝛ iō hn̄s ha
bitū dr̄ actu ſciens: iā aūt ↄſiderans cū actu
ſit q eſt ꝑ moduꝫ vigilie ꝓpe ſm actū ſciēs
vocat'. hi aūt vtiqꝫ qui pͥmo mō ſcientes ſūt
ābo ſm potentiam ſcientes vocant': ſed dif
ferēter qm̄ nō hn̄s hitum ſm potentiam ſci
endi mālē ꝛ imꝑfectaꝫ nō dr̄ ſciens niſi qn̄
ꝑ doctrinam ē alteratꝰ ꝛ multociēs ē mu-
tatus ex ↄtrario in hītum ſcie. oꝫ.n. multoci
ens diſcentē mutari mō ex ignorantia in di
ſpoſitōnem mō ex diſpoſitōe in diſpoſitōez
anq̄ꝫ ſit in hītu ↄpleto. diximꝰ.n. ꝙ potētia
māl' hꝫ gradus q lꝫ in genere ſint duo tn̄ in

nūero multi sunt ⁋ Q2 autez dicimus q̄ talis ex contrario venit in bitum: ideo dicim⁹ q̄ licet dispositio bm id quod est non sit ɔtraria bitui: tamē p modū est ɔtraria q2 facile est mobil' cum babitus sit qualitas stans ⁊ cōpleta ⁊ imobil'. ignorātia etiā largo mō est contraria bitui. alius aūt qui iam bz bitū ⁊ sic nō dicitur potentia sciens sed poti⁹ eo q̄ silis dormienti ⁊ non agenti. b. n. bz bitū faciendi vel sciendi grammaticā vl' aliud: sed nō opatur in agendo bm illū modū actionis qui dicitur ex bitu: ⁊ iō ēt talis mutatio ex bitu in opationem nō ē aliquid pati l' recipere sed mutatio illa que est ex cōtrario ē bm passionē ⁊ corruptionem ɔtrarij bitus siue dispositionis bm q̄ in vnaquaq̄ alteratione multe sunt corruptiones cōtrarij illi⁹ qđ abijcit' q2 sicut dixim⁹ in tertio phicorū: motus alterationis est generatio forme p⁹ formā q̄ztum ad formam ɔtrarij que abijcitur p motū. Sz bn̄s iam bitū nō corrūpitur bm aliqd qđ in ipso sit qn̄ vēit ad opatonē sed potius venit ad id qđ ast saluans bituz q2 bitus p opationes saluant'. opatio. n. est simil' tali potentie bituali eo mō quo se bz talis babitual' potentia ad actū. bn̄s. n. sciētiam ⁊ bm scientiam illaz sic speculās ⁊ opans: aut in veritate n̄ est alterari: aut si alteratio dr̄ dicet' alterum genus esse alterationis in eo q̄ nibil i eo abijcitur vl' gnātur: sz potius bitus qui iam inest ɔfirmat' ⁊ saluatur eo q̄ speculatio nibil aliud est nisi bitus q inducitur in seipm b est in ea quoꝝ spēs iā insunt: ⁊ ex bis venit in actum q ē opatō sicut ē videre i exēplo arbitecti qui bz bitū edificandi ⁊ cōducit bitū in seipm b ē ɔuertendo se ad ea que sunt in bitu: vt fundamētū ⁊ lapides ⁊ ligna ⁊ ordinat ea ⁊ ipetū facit ad opus: tūc nibil noui acquirit: sed idez bitus ɔfirmat'. cum igit' alteratio sit alicui⁹ noue forme inductio iste nō ē alteratus vel aliud genus fit alteratōis q̄ alterari dr̄ quocūq̄ mō nūc al'r se bn̄s q̄z prius. vn̄ nō bene se babet dicere sapientē cū bm opatōem sapiat alterari: sicut nec edificatorem bene dicim⁹ alterari qn̄ bm actū edificat in actū ei se ducens qui opationem facit ex babitu elicitā nō ē iustū q̄ b dicat' doctrina siue doctrinatō b ē doctrine acceptio: sz oꝫ q̄ bēat aliā denoiatōem: sed potius qn̄ fit mutatio ex eo qđ ē potentia māli sciēs ⁊ ē sciam accipiēs adidasculo siue doctore qui actu bz eam b ē pati ⁊ alterari. oꝫ igit' q̄ isti duo aut nō dicunt' alterari ambo simpl'r: aut si ābo alterari dicuntur: tunc oꝫ q̄ nō sit vn⁹ mō⁹ alteratōis in vtroq̄: sed vnus alteratur i p̄uatiuas dispōnes ⁊ in babitū ex ignorantia sicut diximus ⁊ alterat': quia nō vno mō se bz ɔsiderans ⁊ nō ɔsiderans bm bitum: quē bz absq̄ eo q̄ aliqd noui generet' i ipso: l' aliqd eoꝝ que insunt abijciat'. Scias tamen q̄ omnia ista que dicta sunt de alteratōne b dicta sunt large accipiendo alteātōnē: quoniā in. vij. phicorum pbauimus bm bitum ⁊ dispōnem nō esse alteratōnem aliquā: nec animā bm intellectū moueri posse sed ea que b dicta sunt exempli gratia dicta sint: ⁊ adbuc sufficit quidā modus alteātionis licet non v̄e sit alteratio. nō. n. fit alteratio phica: nisi bm illā spēm qualitat' que dicit' passio vel passibilis q̄litas. ⁊ iō quecūq̄ in septimo phicoꝝ sbtiliter disputata sūt bis q̄ dicta sunt nō ɔtrariant'.

⁋ Ca. tertiū de aptatione dicte distinctōis potentie ad potentiam sensitiuam.

Olentes autem adaptare ea q̄ dicta sunt ad potentiā sensitiuā dōm q̄ mutatio potentie sensitiue ad p̄mā pfectōem ipsius ē a gnānte. potentiaꝝ n. apprebēsiuaꝝ quedā cōplent' pma pfectōe a nā vel natura ⁊ quedā p expimētū ⁊ studiū: a nā quidē sicut potētia sēsitiua ad sētire p experimētū autem ⁊ temp⁹ sicut intellectiua. ab ipsa. n. gnātione gnānte ⁊ dāte formā sensitiam dat' etiam actus prim⁹ sensus quo sensus sentire pōt qn̄ voluerit qn̄ nibil ē extra pbibēs. dico aūt extra pbibēs nibil q2 mediū aliqua dispō impedire pōt sensuz ⁊ absentia sensibilis: sicut ⁊ sciē bn̄s babitum ɔsiderare poterit qn̄ voluerit qn̄ nibil ē ex pbibēs cū igitur gnātū est ɔplete sentiens: tūc iā bz bitum pficientem sensum prima pfectione que est sicut scia q̄ ē pm⁹ act⁹ in intellcū. sentire autem bm actum qui est

secūda pfectio qđ est quando recipitur species sensibilis in sensu est sicut considerare se habet ad sciam: sed in hoc est dria: quia actiua τ motiua ad opatōem sensus sunt extra sicut visibile τ audibile eo φ spēs sensibiliū non mouet sine presentia mãe τ quia mãe pñtiam necesse est eē extra: iō sensibilia mouentia sensum ad sentire bm actū necesse esse ex in omnib⁹ sensibilibus. h⁹ aūt cā est: quia sicut iam tetigim⁹ singl'ariū bm actum est sensus: h est sensus bm actum bm quem est sentire est singularium que singularia sunt p materiam indiuiduata: sine cuius presentia forma sensibilis nullo modo apprehenditur. Scientia autem est eorū que actu vniuersalia sunt τ hec sunt abstracta nō solum a mãe presentia: sed ab oibus que accidunt forme bm φ est in materia indiuiduata sicut est figura τ vbi τ quādo τ cetera hmōi. hec autē vniuersalia sic separata quodammō sunt in ipsa anima qz imagines sunt in anima: τ ab ipsis abstrahitur vniuersale quod mouet intellectū possibilem: τ ideo non simpl'r sed quodammodo sunt in anima in fantasmate autem vniuersalia non sunt bm actum vniuersalia sz potentia que p abstractionem intellectus fiunt vl'ia simplicia: τ quia vniuersale in fantasmate est intus in anima τ nō extra: nec exigit mãe pñtiam: ideo est in potestate aie intelligere cū velit. Sentire autem nō est in potestate eius cum velit quia mouens sensum exigit materie presentiaz que nō ē pñs in ipsa anima. ad sentire. n. necessarium est sensibile mouens sensum bm mãe pñtiam sicut autem dixim⁹ de sensu qđ exigit mãe preseniam: ita se habet de scientia sensibilium bm φ sensibilia sunt. cā. n. ipsa sciendi τ sentiendi est spēs mouēs sensum bm materie pñtiam sicut causa intelligendi est vniuersale in fantasmatibus mouēs intellectū. cā āt φ oz eē sensibile extra est qz sensibilia sunt singl'ariū que sunt in mã τ hec sunt exteriora. Sed quia de his que ad intellectū ptinēt h certificare nō possum⁹ tps fiet i quo acciđem⁹ principiū loquēdi de ipsis i sequētib⁹ h⁹ libri. h aūt tm̄ sit determinatū φ nō simpl'r sine vno mō dr̄ id qđ i potētia dr̄ aliqđ sed aliud quidē dr̄ potētia mãli τ ipfectū sicut dicim⁹ puer posse militare aliud autē sicut dicim⁹ posse militāe eū qui hz etatem τ hz hitū militie: n̄ militat āt i ope τ sic sil'r dr̄ dupl'r sensitiuū sicut dixim⁹ sicut si dicam⁹ ipfectū bm organa sensus posse sentire: τ sicut dicim⁹ posse sentire pfectum hz organa sensus τ quia horum sic in potentia exñtium dria vsualiter nō est noiata iō oportuit nos determinare: qz sic drñt τ quō differūt ne potentia actiua sp pfecta esse credatur: τ qz noia ppria nō hēmus vti nos optz noie alterationis τ passionis in istis tanqz ppriis noībus cū tm̄ nisi extenso noie eis conueniat: sicut supra dixim⁹ sensitiū potētia ē aial insensibile vt sensibile in actu sit: τ nō tm̄ ipsum sensibile: quia forma sensibilis ex put est in ipso sensibili nō recipitur in sensu: sed intentio eius τ si reciperet i sensu hz eē qđ hz in re tunc hrēt duo esse τ oportz dicere φ ocul⁹ aliqñ eēt albus aliqñ niger aliquando alterius coloris qđ nō ē vez. Est igitur id quod est in sensu nec sensibile qz ē intentio sensibilis τ non est ipsum sensibile quia non confert illud esse sensui qđ ɔfert rei que ex sentitur.

Sed forte obiciet aliquis φ cum sensatorum species non moueant sensum bm eē māle quod habēt in sensibili re ex sed potius bm φ est intentio spūalis in sensu accepta: oportet φ habeant motorem vnū qui in omnibus causa est esse illius spūalis sicut ēt intellectiua habent motorē vnum: q i omnibus causat formam simplicis intelligibilis: nec conuenienter dici potest: φ esse spiritualε habeat intentiones sensibilis ex hoc φ recipiuntur in subiecto spirituali: quia magis est rationabile causam diuersitatis esse spiritualis τ materialis ipsorum sensibilium esse ex diuersitate motoris qz ex diuersitate sbiecti quia sbiectum n̄ diuersificat mouentia: sed potius econuerso intentiones autem spirituales sensibiliū sunt mouētes. hec autē dubitatō magna indiget consideratatione: τ in sequenti capitulo bm facultatem nostram determiabit.

Ca. iiij. τ est disgressio declarans grad⁹

abstractionis ꝛ modum.

Neqꝫ nos loquamur de sensibili-
bus singulariter oportet nos loq de
sensibili generalr: quia sicut diximꝰ obie
cta pora sunt actibus: ꝛ actus potētijs ƀꝫ
rōnem: qꝛ de cōibus etiam quo ad nos por
est speculatio in phisicis eo ꝙ in illis cōia
confusa sunt in singularibꝰ: ꝛ pora quo ad
nos debemꝰ pus loqui de sensibili in cōi
Sed ad facilioꝛē intellectū eoꝛū que dictu
ri sumꝰ faciemꝰ capitulū breue de mō ap-
phensiōis potentiarū apphensiuarū oium
hoc.n. putile erit ad omniū sequentiuꝫ no
titiam facilioꝛē. Dicimus igit ꝙ oē appꝛe
hendere est accipe formā appꝛehensi n̄ ƀꝫ
eē quod hꝫ in eo quod apphendit sꝫ ƀm
ꝙ est intentio ipius ꝛ spēs sƀ qua aliq sen
sibilis vel intelligibilis notitia apphēsi ha
betur. hec autē apphensio vt vniuersalr lo
quēdo qttuoꝛ habet gradus quoꝛū pmus
ꝛ infimꝰ ē ꝙ abstrahit ꝛ sepatur foꝛa a mā
sed nō ab eiꝰ pntia nec ab eiꝰ appēdicijs. ꝛ
hoc facit vis apphensiua de foris q̄ ē sensꝰ
Secundus aūt gradus ē ꝙ sepet a mā ꝛ a
pntia materie: sꝫ n̄ ab appēdicijs materie
siue cōditiōibus materie. ꝛ hāc apphensi-
onē facit imaginaria potētia q̄ ēt singulari
bus nō pntibꝰ retinet foꝛas sensibiliū sed
nō denudat eas a materie appēdicijs. dico
appēdicias materie cōditiones ꝛ ꝓpꝛieta
tes quas hēt sƀm foꝛe quod ē in tali vel ta
li mā. vbi grā: talis mēbꝛoꝛum situs: vl ta
lis coloꝛ faciei: vel talis etas: vel tal figu-
ra capitis: vel tal locꝰ generatiōis. hec.n.
sūt quedā indiuiduātia formā q̄ sic sunt in
vno indiuiduo vniꝰ spēi ꝙ non sunt in alio
ꝛ hac apphēsione sepe nō pntem imagia
mur crispū: ꝛ albū ꝛ senē vel iuuenē: ꝛ cuꝫ
lōgis digitis vel breuibus quoꝛū nullū ac
cidit ei inquantū ē hō: hec igit ē secūda ap
phensio. Tertius āt gradꝰ apphensiōis
ē quo accipimꝰ nō tātū sensibilia sed q̄sdā
intētiones q̄ nō impmunt sensibꝰ: sed tam
sine sensibus nunqꝫ nobis innotescūt: sic
est eē socialē ꝛ amicū ꝛ delectabilē in cōui
ctu: ꝛ affabilē ꝛ his cōtraria que quidē cū
sensibus accepimus: ꝛ tamen eoꝛū nulluꝫ
sensibus impmitur. ꝛ tale est ꝙ accepimꝰ
hunc esse filium deonis: ꝛ esse agnum vel
hominem: aliud autē esse lupuꝫ vel leonē
ƀm ꝙ sƀstantiales forme mediantibus sen
sibus: ꝛ non separate ab ipis appꝛehēdū
tur. ꝛ iste gradus pꝛopinquus est cognitio
ni: ꝛ nunqꝫ est sine estimatione ꝛ collatōne
Quartus autem ꝛ vltimus gradus est q
appꝛehendit rerum quidditates denuda
tas ab omnibus appendicijs materie: nec
accipit ipas cum sensibilium intentionibꝰ
sed potius simplices ꝛ separatas ab eis.
ꝛ ista appensio solius est intellectus: sicut
est intellectus hominis per hoc ꝙ conue
nit omni homini: vel intellectiue substan
tie vt vniuersaliter dicatur intellectus quid
ditatis vniuersalis omnis rei ƀm ꝙ est qd
ditas ipius: ꝛ non per hoc ꝙ conuenit isti
ꝛ non alij pꝛopꝛium est ꝛ singulare: ꝛ est a-
liquid de materialibus ꝛ indiuiduantibus
Quecunqꝫ autem sunt communia ꝛ ita v-
ni sicut alij: et eodem modo conuenientia
absque dubio sunt ipsa vniuersalia que
solus accipit intellectus. ƀm autem hos
gradꝰ abstractiōis siue sepatiōis distiguūt
iferiꝰ vires apphēsiue. Adhuc āt notādū
ē ꝙ dfnt foꝛa rei ꝛ itētio rei. foꝛa.n.ē ꝓpe q̄
iformādo dat eē actu materie ꝛ ꝯposito ex
mā ꝛ foꝛa. Intētō āt vocat id ꝑ qd signifi
cat res idiualr siue vlr ƀꝫ diuersos gradꝰ
abstractiōis: ꝛ hec nō dat eē alicui: nec sen
sui qn̄ ē i ipo: nec etiā itellectui qn̄ ē in ipo
sed signū fac de re ꝛ notitiā. ꝛ iō intētio nō
ē ps rei sic foꝛa: sꝫ potiꝰ ē spēs totiꝰ notitie
rei. ꝛ iō intētio qꝛ abstrahit de tota re: signi
ficatio totius de re pdicat. intētio.n. coloꝛa
ti q̄ ē in oculo totā rē significat vl notificat
sicut ꝛ itētio q̄ ē in imagine pticulari nō p
sente. ꝛ hoc est quod dicit egregie aristote
les in secūdo libꝛo suo de aia ꝙ sensus sūt
particularium. ꝛ non dicit ꝙ forme alicuiꝰ
tantum: sed totius particularis: sicut ꝛ in
tellectus est vlium ꝙ non est notitiā et
species partis sed totius: ꝛ ideo notitia fa
cit de toto. Non enim per visum accipi
tur notitia coloris tantum sed colorati. et
species eius in visu: species est colorati: ƀꝫ

ꝙ coloratū est: ⁊ iudiciū fit de colorato ƀʒ ꝙ coloratū est: ⁊ sic de alijs intentionibus in quocūqʒ gradu abstractionis accipiat᷑. Silr̄ autem est quādo dr̄ ꝙ abstractio fit a mā: intelligit᷑ ꝙ est quoddā particulare quod particularitatē habet a materia: hoc enim est ꝑmū subiectū forme: ⁊ per ipsum substat particulare ⁊ nature cōi que abstrahitur vlr̄ ab intellectu ⁊ indiuiduantibus foꝛis quarū intentiōes ab alijs gradibus abstrahunt᷑ apprehensiōis. Sicut autē in ꝑncipio phisicorū dictuʒ est cōis nā aliqn̄ accipit᷑ vt cōfusa in particularibus ⁊ nō separata ab eis: ⁊ tūc scia talis est singulariū ⁊ exigit singulare sicut ⁊ sensus: sicut in ꝑhabito capitulo diximus.

Capitulū. v. de sensatis in cōi q̄ sūt per se ⁊ ꝓꝑe ⁊ ƀm se: ⁊ cōe ⁊ per accidēs.

His igit᷑ ꝑlibatis dicendū est de obiectis vniuscuiusqʒ sensus ꝑmo i cōi quia de cōmunibus proprie est speculatio dicitur autem in cōmuni sensibile tripliciter: duo quideʒ dicimus per se sentiri: vnū autem ƀm accidens. quando autem dicimus per se sentiri aliquod sensibile volumus intelligere per se quando sbiectuʒ est causa predicati: hoc est ꝙ per propriaʒ naturam ⁊ essentiam causa est immutationis sensus eo ꝙ ipm est quod habet iferre passionem sensui. diximus enim ꝙ sensus generaliter est potentia passiua: ⁊ sentire generaliter pati. diximus. n. sepe in libris naturalibus ꝑhabitis: ꝙ nō quodcūqʒ agens infert passionem cuilibet patiēti: sed oportet esse cōmunicationem nature inter proprium agens ⁊ proprium patiens: ⁊ tunc dicemus ꝙ illud est essētiale sēsibile qđ suam propriam essentiam vel intentioneʒ essentie deprehendet in sensus organo: hec autem sūt duo. cū enim omnes forme sensibiles sint etiā forme situales ⁊ que hn̄t quātitatem ꝑ accidēs stati ꝑpēdit᷑ ꝙ color i oclo ñ rcipit᷑ sine q̄ʒtitate ⁊ his q̄ st᷑ q̄ʒtitati ānexa eēntialiter: ⁊ ideo sēsatum per se diuiditur in duo quorū vnum quidē ꝓꝑum est quod sic cōuenit vni sensui quod non ꝯuenit alij sicut coloratū inquantuʒ coloratum in nullum agit sensum nisi in visū. sonus autem in auditum ⁊ non in alium sensum. aliud autem est sensatum quod ideo per se sentiri dicitur quia sua intentio in sensu imprimitur coniuncta sensibili proprio: ⁊ hoc est proprium ⁊ proximum subiectuʒ sensate speciei quod est magnitudo in qua vt in subiecto proprio est omnis qualitas sensibilis. Et proprium quidem subiectū sensibile duo habet in se que faciunt ipsuʒ proprium: vnum quidem dictum est q. s. non conuenit ipsum altero sensu sentiri: nisi illo cuius est proprium actiuum inferens ei passionem: ⁊ cū non agat in sensum nisi intentionem proprie forme sequitur ꝙ sensum non conuenit errare circa propriū sensatum. dicitur autem sensatum proprium duobus modis: vno quidem modo ƀm ꝙ est in re sensata in qua est ƀm esse materiale: alio autem modo ƀm ꝙ est receptuʒ in organo sensus. ƀm. n. ꝙ est in re non semper indicatur de ipā: quia etiam per hoc esse non habet agere in sensum: sicut nos inferius ostendemus: sed pōamꝰ ꝑ esse qđ habet in abstractione ƀm quod esse ꝑmū est in medio: ⁊ postea in sensus organo: et multe variationes possunt fieri circa esse suuʒ quod habet in abstractione tam i medio q̄ʒ in organo: quoniā si contigat aerem qui est medium in visu esse humidum mlr̄tum forte videbitur album esse perfusum rubore vel croceitate. ⁊ si forte pupilla sit infirma ex humore in oculum defluente alterabit esse coloris quod habet in abstractione: sicut diximus in tertio methaurorum in tractatu de iride. ⁊ hec nō sunt error sensus in sensibili proprio: quoniam sensibile proprium reuera tale esse habet in abstractione lʒ non habeat tale esse in subiecto in quo est ƀm esse materiale quod habʒ in materia. patet igitur sensum circa sensibilia propria non errare sic. n. est visus coloris ⁊ auditus soni: ⁊ gustus saporis q hu mor a grecis vocatur eo ꝙ in humido semper sentitur. tactus autem plures habet drīas q̄ ñ ad vnū ꝓꝑe rōnis genꝰ reducūtur: tm̄ i vnaq̄qʒ iudicat d ilr̄ ⁊ nō decipit᷑

In compositione tamē sensibiliū magna frequēter est deceptio: sicut quidem est qd̄ est coloratum vt crocem sit mel: aut colera citrina: aut vbi est coloratum: aut quid est quod sonat aut vbi sonat ⁊ sic de alijs ⁊ huius causa vt infra dicemus esse est: q2 sensus ꝓpriꝰ non habet cōponere sed aliq̄ superior potentia ⁊ illius est error. hec igit̄ sunt sensata ꝓpria. Cōia āt sicut dixi mus quorū essentie vel esse ꝫm intentiōes suas vere sensibus imprimuntur: ⁊ ille sunt sicut magnitudo in qua sūt sēsibilia ⁊ cum magnitudo sit terminꝰ n̄alis corporis ⁊ terminata quātitas sit figura oꝫ ēt figurā esse sensatū cōe. trigonū. n. vel q̄dratuꝫ est quod imp̄mit̄ in oculo i videdo ⁊ tactui in tangēdo: q2 autē numeruꝫ cognoscimꝰ dione cōtinui: ⁊ cōtinui est eēntia l'r diuidi: idō oꝫ numerū etiā esse sensatū cōe. magnitudo autem nō diuidit̄ solū per essentiā: sed etiā per motū eo ꝙ motus nō hꝫ ante ⁊ pꝰ nisi per an̄ ⁊ post in partibus magnitudis ⁊ idō oportet etiā motū esse sensatū cōe. Et q̄a opposita sūt eiusdē potentie idō etiaꝫ est sensatū cōmune: ⁊ sic igit̄ sunt q̄nq3 cōmunia motus quies nūerus figura ⁊ magnitudo: nec dicūtur ista cōmunia eo ꝙ quodlibet coꝝ equal'r ab omni sensu percipiat̄ sed q2 quodlibet istoꝝ probat̄ percipi pluribus sensibꝰ ⁊ nō vno solo sensu: qm̄ i veritate motus ⁊ quies ⁊ nūerus oibus sensibus percipiunt̄: sed quātitas ⁊ figura tactu ⁊ visu. Ista aūt sensata coia dicunt̄ per se sensata ꝫm ꝙ per se opponit̄ ad id qd̄ ē per accidens: ⁊ nō sic ꝫm ꝙ per se oppōit̄ ei quod ē non ꝑ̄mo. Impossibile. n. ē ꝙ idē passiuuꝫ nūero hēat actiua diuersa ꝫm genus. Cōstat autē ꝙ color ⁊ magnitudo diuersa sūt genere: ⁊ idō sensatū proprium ē quod agit in ꝓ̄o sensu: ⁊ hmōi sensatum magnitudinē habet ⁊ figuraꝫ ⁊c̄. ideo recipiunt̄ etiā illa nō per accidens sed ꝓprie eoꝝ intentiōes imp̄munt̄ in organo sensꝰ Sed ꝫm accidens sensibile est qd̄ ꝓpriaꝫ essentiā in sensum non imp̄mit: nec primo nec secundo: sed cū sensibili ꝓ̄p̄o ⁊ communi accipit̄ ⁊ nō sine extimatione vel cogitatiōe: sicut sunt intētiōes de quibus i tertio gradu abstractiōis diximus: sic̄ ꝙ hoc albū est diarꝫ filius: vel hoc nigrū est amicus vel hō vel aial: sicut videt ouis ꝙ hoc pilosū est lupus: ⁊ hoc pilosuꝫ est canis: ⁊ vnū extimat amicū ⁊ alterū inimicū. ꝫ āt hāc doctrinā ꝯgnoscit̄ distictio sēsibiliū q̄ ꝫ quorūdā malā doctrinā valde ē ⁊ manifesta: sed errores taliū trāsimuꝰ breuitatis cā cui studemus. i hoc enim quod tale ē ꝙ ꝫm se nihil de intētiōe sue eēntie imp̄mit i sensū ꝫm se sentiri nihil pōt sed sentiri p accidēs: q2 albo accidit ꝙ sit ei diūctū: ⁊ idō organū sensus a tali sensibili nihil patit̄ oio: q2 natura hois non est sensibilis per ꝓpaꝫ essentiā: sed intelligibilis ꝫm se autē sentiuntur que intentiōes ꝓprias imp̄mūt i sēsum. ⁊ hec sunt ad que ip̄a organa sunt vel habēt apta nata ex p̄mis suis ꝯponētibꝰ.

Capitulū. vi. ⁊ est digressio declarās vtrū sit aliquod mouens vnū in sensibilibus: ⁊ est de duplici esse sensibilis quod fit in materia ⁊ in abstractione.

Unc autem redeunduꝫ est ad questionem quam superius reliquimus vtrum exteriora sensibilia habeant vnuꝫ ⁊ eundem aliquē motorem qui agat in eis ꝙ efficiantur intentiones sensibiles: sicut intellecta habent vnū ⁊ eundē motorē qui ē intellectus agens qui agit in eis intentiōeꝫ intellectualē: hoc enim consideratione dignū est: ⁊ est questio quā tangit auerois: ⁊ dimittit insolutam. Fuerunt auteꝫ quidā modernorum magne auctoritatis qui hec concesserunt propter preinductam ratiōeꝫ asserentes ꝙ omne sensibile quod inuenitur in omnibus sensibus est vnum in eo ꝙ est intentionale ⁊ spirituale ⁊ non materiale. vnum autem in multis participatuꝫ necesse est ab vno causari: hoc autem casu illud mouet ad aliud vel illud: oportet igit̄ aliquem esse motorem qui mouet ad hoc esse in omnibus sensibus. Adhuc aūt manifestum est formam sensibilem ꝫm eē māle ē in re sensata extra animā: ⁊ rē ⁊ ibi rē afficit sua q̄litate: ꝫm autē hoc eē n̄ ē i medio: nec etiā in anima: q2 si color eēt i aere

sicut in colorato oporteret ꝙ videremus
aerem esse coloratū: ⁊ oculū esse coloratū
colore quē recipit. ⁊ huiꝰ cōtrariū videmꝰ
ergo ſm aliud ē in abstractione ꝙꝫ in mate
ria propa aliquid igit̄ confert ei esse illud
⁊ illud erit mouens ipsū: quoniā in re non
est abstractū sensibile nisi potētia: ⁊ id qđ
est in potentia nō educit seipm ad actuꝫ: si
cut ante diximus de visibili sicut est đ alijs
sensibilibus: oportet igitur ipsū hr̄e vnum
aliquid mouens. Adhuc autem fantasma
ta sunt maioris simplicitatis ꝙꝫ spēs sensi
bilis in materia: ⁊ tamē oportet fantasma
ta habere mouens ad hoc ꝙ efficiantur in
intellectu possibili: oportebit igit̄ etiam ip
sa sensibilia hr̄e aliquid mouens ad hoc
ꝙ abstracta efficiant̄ in sensu. Iste igitur
⁊ similes rōnes sunt que induxerunt mul
tos de nostris doctoribus ꝙ dixerunt vnū
esse mouens in omnibus sensibus: sed cū
debuerunt specificare qd est id diuerterūt
duas in uias. quidam. n. dixerunt hoc esse
lucē ꝑpter quinqꝫ rōnes potissimas q̄rū
ē vna: qꝛ cū mouens in oibus sensibus de
beat esse vnū ⁊ idē: ⁊ vident lumen eē mo
tiuū in sensu visus dicunt ipsū oportere eē
motiuū in omnibus sensibus. Alia āt rō ē
qꝛ dicunt lumen a luminoso corpore pira-
midaliter ⁊ circulariter diffundi: circularē
autem multitudinem vident in omnibus
sensibus: quia intentiones sensibiles circa
rem sensatam ad equalem distantiam cir-
culariter vbiqꝫ generant̄: ⁊ talem motū in
inferioribus nō dicunt eē nisi lumis. Ter
tia autem est: quia vident ꝙ nulla qualitas
inferiorū corporū agit vniuersaliter sed ꝑti
culariter vnum ⁊ non aliud: nisi forte per
accidens: lumen autem quod est forma ce
li quod est corpꝰ vniuersaliter omnia infe
feriora mouens dicunt oportere esse causā
vniuersalis actionis in intentionibus sen-
sibilibus. Quarta autem est: quia vidēt lu
men esse in materialibus ⁊ spiritualibus
vt formā. ⁊ ideo dicunt suū esse proprium
ꝙ conferat forme materiali ꝙ fiat intentio
spūalis. Quinta autem est que ⁊ precipua
est cui innitūtur: quia vident sensibilium
esse materiale cāri a qualitatibus elemen

torū: ⁊ ideo nullaꝫ eē qualitatē elementi q̄
agat in ipo intētionē spūalem: nec pōt dici
ꝙ sit a ſbo in quo generat̄ illa ītētio. s. ꝙ sit
ſbm nō sit aptū natū ipam recipe nisi in eē
spūali: qꝛ sic supra diximꝰ diuersitas sbi po
tius ē a diuersitate agentis ⁊ forē ꝙꝫ ecōuer
so. oꝫ igit̄ ꝙ sit ab aliq̄ fora agente corpis
supioris: ⁊ corpꝰ celeste n̄ agit i inferiora ni
si ꝑ lumē: igit̄ lumē ē qđ in oibꝰ sēsibilibus
agit itentiōes spūales. Alij āt āntiquiores
his dixerūt ꝙ v̄tꝰ aie ē agens eas itentiōes
spūales: ⁊ isti sūt qui dixerūt potissimā vir
tutē sensꝰ eē actiuā ⁊ nō passiuā: quoꝝ rōes
in ꝑte supra posuimꝰ. de hoc autē qđ h̄ di
cūt q̄ttuor assignāt rōnes aliquid ꝓbabili
tatis hn̄tes: ſm ꝙ in eorū dictis pōt dephē-
di q̄ tāgit auicenna philosophꝰ: ⁊ alfara
bius ⁊ quidam alij. dixerunt. n. isti nō esse
intentiōeꝫ nisi ei quod iudicat de intentō
nibus. h āt esse aiam: ⁊ ideo necessariū eē
aliquid aie eē qđ cōferat forē sensibili esse
intentiōis: ⁊ iō dixerūt aiam hr̄e ordinem
ad oē id qđ instr̄aliter obsequit̄ ei: ⁊ cū me
diū in sensu sit ꝑꝑ sensū dicūt aiaꝫ hr̄e v̄tu
tē agendi in mediū: ⁊ talr̄ fit ſm eos illud
ꝙ v̄tus sensibil' egredit̄ spūalr̄ ⁊ supponit
se sensibili ⁊ cōfert ei eē q̄si icorporeū ⁊ q̄si
spūale quo in aia effici possit. Scđa vō rō
eorū ē ꝙ in oibꝰ cōitātiā hn̄t agens ⁊ pati
ens. icorporeū āt patiens cū corporeo agē
te nullā oio hꝫ cōicatōem: ⁊ iō cū aia sit sē
sibile suscipiēs dicūt etiā oportere ꝙ aliq̄
v̄tꝰ aie sit ipm agēs. Tertiā iducūt rōnē di
cētes aiam eē magis actiuā ꝙꝫ aliquā foraꝫ
corpeā: ⁊ cū fora corpis agat ipmēdo spēꝫ
suā i mā sibi ɔiūcta: m̄lto fortiꝰ erit veꝝ v̄-
tutes aie sensibil' q̄sdā eē actias q̄ aliqd đ
spē aie iflūūt obiectis aie vt possint effici in
sēsibꝰ: dātqꝫ sil'e hmōi ꝙ v̄tutes vegetabil'
aie nūq̄ꝫ aduniunt de cibo corpi cui pmo
n̄ ifluxerūt aliqd đ spē aie ꝑ quā vniri pos
sit corpi: nec eē minꝰ actiuā dicūt sensibi-
lē ꝙꝫ vegetabilē: sꝫ multo magis. Quartaꝫ
āt ponūt rōnē: qꝛ dicūt sētir̄ ⁊ iudicare đ sē
sibꝰ eē opationē quādā vite: hec āt opatio
nō pōt fieri ab aliq̄ fora corpali sed ab aia
ipsa. Cum igitur sensibilia ſm esse inten
tionale sint specificātia illas operatōes et

formalia in ipsis ꝛ agentia oportet ꝙ illud
eē egerit in ipsis aliquid aie q̄ est p̄ncipiuȝ
ꝛ cā vite. Nos aūt simpl'r nālibus insistē
tes hec oia falsa repⁿtamus: ꝛ tā illud sꝫ
dicimus in quo ābe secte ꝯueniūt q̄ȝ illud
in quo dīnt. dicimus. n. nullo mō fore ne-
cessariū vnā eē cām multitudis que ē i ml'
tis que ꝫm vnā rōnem nō est in eis: sꝫ ꝫm
rōnes equiuocas. eē autē intentiōale ꝛ spū
ale nō vna rōne ē in sensibus: qꝛ vnum est
multo spūalius alio: qꝛ vnū afficit ꝛ medi
um ꝛ organū ꝫm eē materiale agens in ip
sum: sicut ē in obiectis tactus: ꝛ ea q̄ habēt
idē mediū sicut visibilia ꝛ audibilia ꝛ odo
rabilia nō habēt illud mediū ꝫm vnam ꝛ
eandē nām medij sed ꝫm diuersas sicut in
ferius oñdemus: ꝛ nō vnius rōnis est esse
quod habent in ipso medio: quia spūalius
esse ē coloris in medio q̄ȝ soni: ꝛ iterū spū
aliꝰ esse est soni in medio q̄ȝ odoris: ꝛ iōo
ventus non aufert vel affert colores sꝫ oc
cundit auferendo sonos in parte ꝛ non in
toto. odores autem ꝛ affert ꝛ aufert in toto
sicut dicit auicenna: ꝛ veritas ꝑ expta at-
testatur. ꝯcedendū autēȝ esse videtur ꝙ ali
quando ꝛ in quibusdā sensibus qui. s. sunt
ꝑ mediū extrinsecū sensibile ꝫm aliud eē
ē in re sensata: ꝛ ꝫm aliud in medio ꝛ in or
gano: sed hoc eē in nullis pluribus sensibꝰ
est vnius rōnis. Et si q̄ritur quid cōferat
ei hoc eē: videt̄ mihi stulta questio: qa nos
superius oñdimus oēm virtutē actiuā esse
per se ꝑfectā ad agendū sine aliquo motio
extrinseco: ꝛ iō dico ꝙ forā sensati ꝑ seip̄aȝ
generat se in medio sensus ꝫm eē sensibile
cuius necessaria demōstratio ē ꝙ ab oibus
phis ꝛ ab ipsa veritate cōuincit̄ per se sēsi-
bile esse quod in secūdo mō dicendi per
essentiam suam est cā sui esse sensibilis:
ꝛ ideo frustra querit̄ quid cōferat ei illud:
sicut si querit̄ quid cōferat luci lucere ꝫm
actū. ꝛ qꝺ dicitur ꝙ id quod est in potētia
nō educitur in actū nisi ab eo quod ē i actu
nō est dictū nisi de eo quod est in potentia
esse materialis: ꝛ non de eo quod est in po
tentia esse formalis ꝛ efficientis. eē. n. spū
ale generat̄ a re generāte tantū ꝫm formā
de qua actione in huius capituli sequenti
bus prosequemur. ꝛ bene concedimus ꝙ
non est congruum ꝙ dicatur eē a subiecto
spiritualiter: quia esse intentionale quod ē
in medio est multo spiritualius q̄ȝ ip̄e aer
sit vel q̄ȝ sit ip̄m celum. Hoc autem qꝺ in
ducunt pro simili de fantasmatibus mo
uentibus intellectum omnino dissimile ē:
quia que est in fantasmate non potest da
re esse intellectuale eo ꝙ est multo simpli
cius q̄ȝ ip̄a: ꝛ ideo indiget motore ad hoc
esse abyciendum. Forma autem corporal'
per se agens nihil supra se confert quando
confert esse intentionale sicut inferius ostē
demus. Opinio autem que dicit hoc esse
lumen omnino ridiculosa est: quia qui dic̄
lumen eē in tenebris indiget sensu: ꝛ tam̄
scimus multa sensibilia equaliter diffundi
in tenebris ꝛ in lumine. In omnibus au
tem suis rationibus hec opinio fere silogi
zat ex puris affirmatiuis in secunda figu
ra. Qꝛ autem isti dicunt ꝙ lumen moueat
colorem: ꝛ conferat ei esse spirituale osten
demus falsum esse inferius vbi de visu lo
quemur. ibi enim ostendemus ꝙ color per
se est motiuus visus: ꝛ ꝙ lumen non exigi
tur propter colorem: sed propter mediū: ꝛ
ꝙ sensibile circulariter generat̄: dicenduȝ
ꝙ accidit ei per accidens eo ꝙ mediuȝ re
cipiens ipsum circulariter circunstat quod
si non circulariter circunstaret non diffūde
retur circulariter. Qꝺ autem dicunt nullaȝ
formam inferioreȝ vniuersaliter agere: fal
sum est omnino: quia omnis forma inferi
or vniuersaliter ꝛ non particulariter agit
ꝛ multiplicat seipsam. sic forme sensilium
se vniuersaliter agunt: ꝛ nihil vnum ꝛ idē
agit omnes. Ad hoc autem quod dicunt
in materialibus esse aliquid quod confert
forme esse intentionale. dicendum ꝙ for
ma que est in re aliquando agit per quali
tates materie in qua est: ꝛ tunc agit mate
rialiter. Aliquando autem agit per se so
lam: ꝛ tunc agit immaterialiter: quia ꝛ
ipsa est essentia immaterialis per seip-
sam: ꝛ non indiget in ista secunda actio-
ne nisi se sola. In p̄ma āt indiget alia q̄ȝ
seipsa. Et ideo omnino oppositum eius
est: quod supponit ratio illa ab illis in

inducta: quod autem vlterius inducunt esse spirituale nulla elemētorū qualitate causari verissimū est: sed nos ostēdimus vnde causat. Opinio autē secunda multa ꝓbabilior lꝫ modernorum pauci teneant eam erat eniꝫ illa platonis ⁊ etiam augustini et multoꝝ aliorum magnorum virorum tam̄ sine preiudicio aut ego nō intelligo eos aut ipsi falsū dixerunt. Qꝫ eniꝫ dicunt virtutē sensibilē egredi ⁊ suppōere se sensibꝰ ꝑꝑ vniuersalē ordinem quē habet ad ipsaꝫ intelligi nō potest nisi sicut egredit̄ virtꝰ a magnate ad ferrū: ⁊ in veritate ita dixerunt. ⁊ ꝓ se induxit plato oculos fastinatiōis vbi virtus egreditur ab vno fascinādo ipsum: sed hoc falsum est: qa virtus illa n̄ egredit̄ nisi in suo vehiculo quod ē spūs multotiens autem spiritꝰ nō possent extendi vsqꝫ ad sensibile quod multū distat aliquando ⁊ precipue in visu ⁊ odoratu quorūdaꝫ animalium preterea etiam sicut dixit auicēna spūs egressus a corpore dissoluitur statiꝫ ⁊ cōtinuatur aeri. dissoluit̄ igitur etiam v̄tus ⁊ perit. Qꝫ autē dicunt ꝙ cōicantiā habēt ⁊ agens ⁊ patiēs verū qdē est: sed non oportet ꝙ habeant cōicantiā ita ꝙ sint eiusdem nature ⁊ essentie: sed ꝙ habeant proportioneꝫ adinuicem sicut ꝓpria materia ad ꝓpriam formā: ⁊ propriū agens ad ꝓprium patiens: ⁊ sic cōicantiā habent forma sensibilis agens ⁊ sensus patiens in eo ꝙ sicut sensus spūaliter patitur: ita etiaꝫ forma sensibilis spūaliter agit in ipm. Et ꝙ dicūt aiam sensibileꝫ esse actiuā supra ōndimꝰ esse falsū: nec oportet aliquo mō illud fore verū ꝙ lꝫ agēs honorabiliꝰ patiente ꝙ hoc agens ꝓpter hoc sit honorabiliꝰ hoc patiēte. ⁊ ꝙ dicunt de aia vegetabili supius est determinatum. Qꝫ auteꝫ dicunt sentire eē opus vite: ⁊ in illo eē formalem speciem sensibilē: dicendū ꝙ sentire ē opus vite ƀꝫ ꝙ egredit̄ ab aia ⁊ nō ƀm ꝙ specificat̄ a forma sensibili: nō. n. specificatur ab ipsa forma sensibili in speciem vite: sed potius ad noticiam rei exterioris habendam. His habitis oportet nos determinare qualr̄ a sensibili fiat huiusmodi actio quia aliter in incerto dimitteremus. Dicimꝰ igitur sequēdo directe paripateticorū sententiam q̄ dicunt cōiter ꝙ cum dicitur sensibile esse ꝑ se sicut color ⁊ odor ⁊ sonus huiusmodi ꝙ h̄ est ƀm secundū modum dicendi per se in p̄mo posteriorū determinatum: ⁊ hoc ē qn̄ subiectum est causa predicati: sicut quādo dicitur homo risibilis vel disciplinabil̄: oꝫ igitur ꝙ color ⁊ odor ⁊ sonus ⁊ cetera sensibilia per ꝓprias operationes aut essentias causa sint sensibilitatis ⁊ sensus ƀꝫ actū facti. nō ergo adhuc hn̄t motiuū aliqd̄ extrinsecū dicimus autē aliud esse agēs formam in materia: ⁊ aliud agens formas tā tum: agens enim formam in materia in q̄ ipsa ligata cum materia habet esse materiale est agens quod transmutat materiaꝫ sicut calidum frigidū humiduꝫ ⁊ siccū: agēs autem formam tantum non est agens materiale sed potius ipsa forma: ⁊ sic agit se ꝑ hoc ꝙ ipsa ē eēntia simplex suiipsius multiplicatiua: ⁊ sic omnis forma multiplicat intentionem suam: ⁊ cū forma sit essentia simplicior omni corpore non potest inueniri aliqua forma corporalis que posset ei eē intentionale conferre: ⁊ quia quidaꝫ ignorarunt ꝙ forma in eo ꝙ forma sic multiplicat se dixerunt ꝙ oporteret eam hr̄e agens p̄ter ipsam. Et quidam extimabāt ꝑꝑ hoc ꝙ forma simplex: ⁊ sic agendo se quasi efficitur vbiqꝫ estimabāt ꝙ non multiplicat se sed est vbiqꝫ per essentiam: ⁊ de hac opinione quia subtilis ē multū nō possumꝰ facere mentioneꝫ nisi in tertio libro: ⁊ hoc ꝙ h̄ determinamus hoc ē ꝙ forma sensibil̄ se multiplicat in eē sensibili aut spūali: ⁊ sufficit sibi ad hoc: ⁊ sic oīs forma in ꝓpa ⁊ eēntiali actōe sibi suffic̄. hec aūt sententia quasi ꝓ fūdamēto pōi debet in hac scia: qa ex ipsa infiniti circa opa ⁊ passiōes aie elidūtur errores. Iā autē pꝫ ꝙ duplex eē hꝫ forma vnū simplex ⁊ spūale quod habet i abstractione quod fit a simplici agēte qd̄ est forma rei: alterū āt mā̄le in re in q̄ ē ꝑ agēs generās nō simplex quod agit eā educēdo de materia per generationem.

Capitulum. vij. de visibili quod est color: qualr̄ ƀm actum lucidi mouet visum.

qui est humor cristallinus siue glatialis. manifestū est igitur ex hoc quod possibile tāgi quod est instrumentum tactus est intus sub carne: et tamen non est caro ipsa: quia sic necesse est accidere in tactu sicut in alijs sensibus sensibilia enim apposita sine medio sūt id quo sentiunt animalia sicut instrumento nō sentiunt: sed tangibilia posita super carnem sentiunt. ergo caro erit medium in tactu et nō instrumentum. causa autem quare non sentiū instrumenta nisi a medio hoc est quia in instrumēto est vis sensitiua et hec non accipit nisi spēm in omni sensu: et ideo oportet quod in organo nō sit nisi spēs et ideo nō potest fieri tactus corporis secundum nām sensus: sed oportet quod spēs sit in medio et a medio fiat in instrumento sed hoc videtur forte mirabile cum omni tempranti per experimentum constet neruos fore magis sensibiles quando tanguntur a sensibus quam ipsam carnem quod est contra predicta. Adhuc autē per anothomiam probatum est quoniam caro non habet sensum nisi sibi ministratum a neruo et ideo videtur sententia inducta esse falsa nec solum in carne sit sensus: sed in ossibus quibusdam sicut in dentibus sicut experimento probatur. et ideo Auicē. et multi alij hanc sententiam aristotelis imitari contempserunt et dixerunt carnē neruosam esse organum tactus et non esse in tactu sicut in ceteris sensibus quoniam tactus non tantum est vis quedam et potentia sensitiua anime: sed ē forma que facit aīal eē quoniam nullum animal est sine tactu et oē qđ habet tactum est aial et ideo tactus nō est in vno mēbro sed est tamen multis sicut omis forma sbalis actū quem habet eēntialē operatur in tota mā et non in vna eius parte tantum. et ideo dicūt tactū nō hēre medium aliqđ cuius adhuc inducūt rōem: quia. s. animal sentiens ex tangibilibus componitur et ex illis saluatur et corrumpitur: et ideo oportet quod sine medio eisdem coniungatur: nos autem veritatem saluare cupientes et reuerentiam exhibere aristo. principi philosophorum dicamus carnem eē medium tactus: sed carnem generaliter vocamus id quod vere caro est vel id quod est simile carni. simile autem carni dicimus tripliciter accipi. vno quidā mō membrum quod loco carnis est in animalibus sanguinem nō habētibus. alio autem mō dicitur caro vel simile carni id quod vicinatur medietati et equalitati complexionis que est in carne sicut dētes et ideo dentes crescunt in his in quibus alia ossa non crescunt et expimentum huius est quod ei qui dentes superiores vel inferiores habent extractos ille videbit dentes illis oppositos super alios prolongari et hoc nō esset nisi crescerent per nutrimentum. videmus. n. in senibus quibusdam dentes extractos crescere quod non fieret nisi essent vicini carnis complexioni quoniam caro sola est que influit et effluit per nutrimentum restaurata per totam vitam animalis et ideo dixit Galienus et auic. quod dentes habent medium in tactu sicut et caro propter quod etiam membra mollia quorum complexio ad equalitatem carnis non accedit non sentiunt sicut epar et cerebrum et hmōi: et si aliquando in eis sentitur dolor hoc est in paiculis que sunt circa sbstantias eorum. tertio autem mō dicitur simile carni quod carni est commixtum sicut nerui. non enim potest esse quod nerui multum immixti carni non multū sunt similes carni cum ex corde vel eodem trahant nutrimentum. cuius signum est: quia nerui in vtroque fine coniuncti ossibus sicut nerui qui vocantur funes siue ligamentum ossium propter similitudinem quā habent ad ossa nō sentiunt. dicimus igitur neruos sensitiuos in loco vbi sensum habuerunt non sentire si sine medio tanguntur a sensibili et hoc est in loco vbi a cerebri āteriori parte oriūtur. illi enim complexionem carnis nan habent sed potius cerebri vnde oritur sensus. alibi autē vbi carni immixti sunt et medietati carnis vicini sensum habent: quia illi sunt plus hn̄tes ratōem medij in tactu quam organi rōnē

Capitulum. xxxv. qualiter se habet tactus ad tangibilia.

Sunt aūt ea que tangi pn̄t que tangibilia vocamus drie corporis phici hoc est quod est corpus phicū. dico aūt illas eē drias tales quales eas qualitates que elementa adiuicē distiguunt et determiant. s. calidū et

frigidū ꝛ humidū ꝛ siccum de quib⁹ ꝑus in secūdo ꝑigeneoꝝ diximus vbi tractatum ē de eis. id autem quo sentim⁹ sicut organo in quo situs est sensus qui vocatur tactus: primo est potentia huiꝰ hmōi ꝑs post alteratio- nem autem a sensibili factaȝ est actu hmōi sentire est enim quoddam pati ꝛ ideo faci- ens ꝛ agens sensum ad similitudinem sue speciei est actu ꝛ patiens est potētia habēs formam agentis ꝛ cum oporteat omnes ꝑ- tes aiati corꝑis esse mixtas ex tangibilib⁹ differētijs necesse est ꝙ organū ꝛ medium i tactu aliquo mō habeant istas q̄litates ꝛ hȝ ꝙ habet eas non suscepit eas quia nihil su scipit id quod iam habet. cum igitur habet eas ad equalitatem medij reductas h̄ mō non suscipit eas. ꝛ ideo nullus omnino tac tus sentit qualitates sibi per omnia similes sed tactus priuatus est excellentia illarum qualitatum īōqȝ in potentia est ad illas ex- cellentias ꝛ illis immutatur a tangibilib⁹ ꝛ iō tactus simile sibi calidū ꝛ frigidum et durum ꝛ molle ꝛ reliqua non sentit: sed ex cellentias tanq̄ȝ ipse sensus existat in medi etate quadā complexionis inter sensibiles contrarietates ꝛ ideo non discernit sensibi lia tactus: quia medium neutrum est extre moꝝ ꝛ cum priuatum sit vtroqȝ mō poten tia est vtrunqȝ ꝛ ideo discretiȝ est ipsoꝝ. ad vtrunqȝ enim ipsorum cōpatuȝ est sicut al- terum: quia medium compatū extremo est extremū etiam cum extremum sit priuatio que potest immutari ad suum oppositū h̄ modo consideratum id quo tangimus pōt immutari ad sensum ab extremoꝝ vtroqȝ: ꝛ oportet esse in tactu sicut est in visu. Id ei quo sentimus in visu album ꝛ nigrum nec album nec nigrum est in actu: sed vtrunqȝ potentia ꝛ similiter est in omnib⁹ alijs sen- sibus: ꝛ ita est in tactu ꝙ id quo sentimus frigidum nec calidū est excellenter: sed me dium quod est in potentia vtrunqȝ ꝛ actu neutrum. Emp. autem sicut visibilis ꝛ in- uisibil' erat visus mō quodam diuerso: sic facit in omnibus sensibus sicut determina tū est ita etiam tangibilis ꝛ non tangibilis est tactus. non tangibile autem dicitur mł- tipł'r quod. s. habet ꝑuam dr̄iam ꝛ minoreȝ q̄ȝ sensum mouere possit sicut passus ē aer quia non sentitur tactu. dr̄ etiam nō tangibi le excellens quod corrumpit tactū sic ignis non tangibile autem ꝙ nullam habet tac- tus differentiam nullū omnino est corpus quia sicut diximus tactus dr̄ie corꝑa phi- ca determināt: quia ex solis qualitatibus ta ctus corpus animatum ꝯstituitur: ideo sola illa per se corꝑi animato cōueniunt vel con trariantur ꝛ ideo sensibilis delectatio ꝛ sen sibilis tristitia non est nisi in tactu. i alijs au tem sunt inq̄ȝtum vicinius vel distantius ta ctus indicant delectationes. h̄ autem in li- bro de sensu ꝛ sensato certificabitur sic igit̄ dictum sit figuraliter hoc est insufficienter⁹ de vno quoqȝ ꝑprioꝝ sensuum.

Tractatus quartus secūdi libri qui ē de cōmunibus sensuum.

Capitulum primū ꝙ omnis sensus susceptiuus est sperum sensibilium.

Communiter autem cōuenientia sensibus ꝛ de sensu cōmuni dōm est post h̄ primuȝ aūt quod cōiter cōuenit omni sensui ƀm ꝙ est sensus est ꝙ ois est in gradu illo apprehensionis quod accipit speciē sensibilē sine mā: mā tn̄ p̄nte sicut cera accipit figurā sigilli solā absqȝ eo ꝙ aliqd de mā sigilli ꝯfluat i cerā accipit fi gurā annuli siue sigilli aurei vel ferrei sine auro ł ferro ꝛ tam̄ accipit aureā siue ferre am figām h̄ est eam que ƀm eē materie fue rit ꝛ est auri vel ferri ꝛ nō alteri⁹ nihil acci pit tamē de auro ꝛ ferro ꝛ sił'r sensus accipit vniuscuiusqȝ sensibił' spēm colorem. s. ꝛ sa- porem ꝛ sonū patit̄ qȝ ab hmōi sensibilib⁹ spēbus n̄ inq̄ȝtum vnaqueqȝ sensibiliū est vnumquodqȝ sensibiliū ƀm esse mǡle sȝ in q̄ȝtum vnūquodqȝ illoꝝ est in esse intentio nali ꝛ ƀm rōem sicut prius in antecedētib⁹ diximus. vr̄ aūt fortassis h̄ de tactu ꝛ gustu nō fore veꝝ ƀm prius determinata: quia diximus sensibilia eoꝝ ƀm esse mǡle fieri i sentientibus. Sed ad hoc intelligendū est ꝙ nos vocam⁹ h̄ sensum v̄tutem sensibileȝ in primo organo sensitiuo sitā. illi. n. a me- dio non reddit̄ nisi spēs sola sensibilis ƀm ꝙ vnaqueqȝ v̄tutum sensibiliuȝ iudex qdā

est oriarum sensibilium que sibi obijciunt. τ hoc modo omni sensui ꝯuenit ipsum esse susceptiuum sensibilium spēꝝ sine oī mā τ esse materiali: mā tamen pñte. id autem quod primum est quo sentimus est id i quo sensibilium spēs sole sine mā potentia sūt primo τ post in actu quando iam habet eas τ sequitur ex isto ꝙ primum sentiens cum est in actu est tale: quale quidā ipsum sensibile sed alteruꝫ est esse eius hinc τ inde bꝫ ꝙ est in esse intentionali actus sensus τ bꝫ ꝙ est in esse māli magnitudo quedam siue corpus sḃm sensibus. magnitudo enim materialis sḃiecta sensibus non est id quod sētitur bm ꝙ sensatum actus est sensus: sꝫ qꝛ esse sensitiuum quod est esse intentionale. Similiter autem nec ipse sensus bm actuꝫ factus est magnitudo: sed est ratio quedaꝫ intentionalis ipsius sensibilis τ sensus habens talem intentionem in potentia sensibilis que iudex est ipsius. omnis enim potentia alicuius τ rō habet ꝓportionem ad ipsum recipiendum que ꝓportio si soluat non erit amplius potentia. oportet enim potentias ꝓximas ꝑ aliquid esse ꝓximas et precipue potentias habituales que sūt sicut esse primum armoniam habentes ad actus secūdos qui eliciūt ex ipsis. diximus autē superius ꝙ sensitiui primi perfectio est a generante τ species sensibilium sunt in ipsis: sicut actus secundi armōice. ergo potentia sensitiua ꝓportionatur sensibili quod accipit. τ ideo ex illo manifestum est ꝓpter qd excellentie sensibilium corrumpunt sensuꝫ quoniam excellentie excedunt armoniam: τ soluitur tunc ꝓportio quo ad sensibile cōpositum fuit organū sentiendi: sicut in simphonia qu ādo armonice extense sunt chorde si quis fortius q̄ꝫ armonia ꝑmittat pcusserit chordas corrumpit armoniā. Alteriꝰ autem ex dictis manifestum est: quia plante non habent sensum. lꝫ enim patiant a tāgibilibꝰ que agunt actione materie τ nō tātum actione speciei τ lꝫ habeant quandam ꝑtem anime tamen quia orga na plantaruꝫ non sunt armonice ꝓportionata ad solas sēsibilium spēs recipiendas nō pñt sētire plāte. carent autem hmōi armonia in organis ꝓpterea quod terrestres sunt τ iō actiones earum ab actionibꝰ mālibus eleuari ñ pñt: sed patiuntur passione māli non formali sicut diximus. ideo dicentes plantas haberē duos sensus gustum. s. τ tactum absq̧ dubio errant: quia licet trahant nutrimentum τ alterentur tangibilibus tamen nō iudicāt sapores: nec alterantur alteratione spēi tātū sed alteratione māe h̄ est igitur quod cōuenit sensui oī inq̄ꝫtum est sensus.

Capitulum secundum vtrum aliqd nō hñs sensum patiatur a sensibus.

Dubitabit autem fortasse aliquis si aliquid patiatur ab odore s hoc est ab odoris simplici specie. quod impossibile est habere olfactum: aut a colore siue a caloris simplicis specie quod videre non potest. similiter autem eadem ratio dubitationis est in alijs si enim qḋ est olfactꝰ actiuum ad actum est odor τ relatiue dicūtur ad inuicem ꝓprium actiuū τ ꝓpriū passiuum: tunc posito vno ponitur alterum: τ destructo vno necesse est alteꝝ destrui. igitur in quo est odor sicut in ꝓprio passiuo necesse est habere olfactum sicut sequi videt ꝙ nihil habens olfactum mō predicto patiatur ab odore. eadem autem est rō in alijs sensibus: quia sicut sepe diximus non quelibet passiua vel passibilia recipiunt actus actiuoꝝ quorumlibet sed actus sensibiliuꝫ recipiunt quedā passiua bꝫ ꝙ armonice sūt sensitia eoꝝ. simil'r autem h̄ ideꝫ manifestū ē etiam sicut lumē. n. tenebra odor sonus τ alie simplices spēs sensibiles bm ꝙ hmōi nihil oio agunt in corpora nō hñtia sensus actione spēi tm̄: sed si agūt in ipsa h̄ ē actōe ñ spēi sed māe: sicut qñ dr̄ ꝙ tonitruus scidit lignū nō agit ad scissuram ligni videlicꝫ soni spēs simpl'r: sꝫ potius aer ꝑ motū quo mouet qui est cā sonādi τ ꝑ cām eādē multū sonantia scindūt turres τ muros: qꝛ aer ꝯtinuus vsq̧ ad auditū mouet qm̄ defert sonū τ cū est in muris commouet muros. et iō etiam acuti soni dentes ledūt cōmouendo eo dem. lꝫ aūt ita sit de spēbus sensuū qui sunt ꝑ mediū distās tamē tangibilia et

sapores videt̄ agere alterando i ea q̄ nullū habent sensum ⁊ que sunt inanimata. Si ei illa dicerentur non agere que sunt inanimata tunc non possunt aliqua inueniri a quib⁹ inanimata ⁊ animata alterarentur. Si autē ꝯceditur ꝙ a sensibus tactus ⁊ gustus patiuntur inanimata queramus vtrum ne etiā a sensibus aliorum sensuum triū patiantur inanimata. Sed dicendum vtiqȝ ꝙ non oē passiuum est ab odore suo ⁊ colore ꝫ ꝙ sūt intentiones sensibiles: quia etiam si media eorum patiantur ab intentionib⁹ sensibilib⁹ tamen media sunt indeterminata: ⁊ nō manent in eis tanq̄ȝ forme ꝑmanentes iste intentiones: ⁊ ideo non vere ⁊ phice patiunt̄ ab eis: sed transeunt ꝑ ea ad sensus ⁊ feruntur ꝑ ea sicut aliquid patientia ꝫm quid ⁊ ñ simplr̄. Sed tunc querit̄ q̄ si odorare ē etiā pati aliquid a specie tunc vnā ratōe patitur medium quod est corpus inanimatum ⁊ sēsus a specie sensibili: ⁊ tunc ꝫm eadem patiuntur ⁊ alterantur animata ⁊ inanimata contrarium in li. de ce. ⁊ mū. nos determinanim⁹. ⁊ ad hoc dicimus ꝙ odorare non est absolute pati aliquid a sensibili ꝑcepto: sed potius odorare est sentire ⁊ iudicare odorem quod est secūda sēsus ꝑfectio ⁊ nō ē tm̄ pati sed oꝑari aliquid ⁊ hoc mō sensibile ad oꝑationem sensus non agit in id quod est iāiatum. est igitur totius huius q̄ōnis solutio siue determinatio ꝙ sēsibile duplr̄ accipitur formaliter. s. ⁊ materialiter h̄ est sensibile in eo ꝙ est sensibile ⁊ hoc est quod agit ad oꝑationem sensus ⁊ ꝫm h̄ non agit nisi corpus animatum anima sensibili sic sensus ⁊ sensatum sunt correlatiua: que posita se ponunt ⁊ ꝑempta se ꝑimunt. si autē accipiatur id quod est sensibile in quocūqȝ sensu: tunc illud agit alterando etiam corpa non animata: ⁊ hoc modo sensus ⁊ sensatum correlationem ad inuicem non habent ⁊ hoc mō quecunqȝ alterant animata alterant etiam inanimata.

Capitulum tertiū in quo est ꝓbatio ꝙ non est sensus preter quinqȝ ꝑ naturam mediorum.

Quoniā autem nullus ē sensus ꝑprius preter quinqȝ qui sunt visus auditus gustus tactus ⁊ olfactus ⁊ his que nunc dicemus accipere pōt aliqs fidem. si enim nos omnia sensibilia ꝑ medium nobis coniunctum ⁊ omnia sensibilia ꝑ medium distans sentimus istis quinqȝ sēsibus quos habemus tunc null⁹ nobis debet esse sensus: qm̄ sensus nō hētur nisi per sensibilium cognitionem que ꝑ mediū coniunctum vel ꝑ medium distans sentiuntur. Qꝫ autem his quinqȝ omnia talia sufficienter sentiant̄ inducendo monstratur sic: in phicis enim ostensum est ꝙ omnis animalis cuius est aliquis sensus ille est tact⁹: sȝ non cōuertitur. hunc autem sensum q̄ tact⁹ dicitur ⁊ est ꝑ medium coniunctum nobis: sufficienter habemus cum sint plures. Qꝫ autem sufficienter tactum habeamus patȝ quia omnes differentias possibiles tangi ꝑ hos tactus quos habemus sufficienter sentimus. si enim deesset nobis aliquis illoꝝ sensuum deesset nobis etiā organum ⁊ medium illius sensus. quecunqȝ autem tangētes sentimus illa sunt sensibilia obiecta tactu: ⁊ illa habentes in sensu tactu cōtingim⁹ similiter autem est de gustabilib⁹ que sufficienter sentimus ꝑ extremum lingue tangētes. igitur non sunt plures sensus ad sentiēda ea que tactu sētiri debēt siue vl̄r siue particulariter ꝫ ꝙ gustus est quidam. non ergo nobis deest aliquis illoꝝ sensuum qui sūt ꝑ medium intrinsecum. similiter autem ꝓbauim⁹ ꝙ nō deest nobis aliquis illoꝝ qui sunt ꝑ medium extrinsecū. quecunqȝ enim sentimus ꝑ media ⁊ nō ipsi tangentes iam sentimus ꝑ sensum intentionalr̄ ꝑ distātias simplicium corꝑm que sunt aer ⁊ aqua q̄ sūt media triū sensuum. illa. n. sic se hñt ꝙ sūt mediātia distanter ad sensus. ⁊ iō si pl'a sensibilia possent sentiri ꝑ organū vnū: tūc hñs illud organum ꝑ qd̄ sentiret sufficiēter illa pl'a sensibilia sufficienter haberet pl'es sensus qm̄ nō deesset ei sensibilium cognitio sicut si diceremus ꝙ organū sensitiuū esset ex aere ⁊ ꝙ aer est mediū soni ⁊ coloris ille q hñet huius organū sufficicienter sentiret per organū vnū duo sensata differentia genere

Similiter autē si plā organa τ media sunt eiusdem sensati sicut aer τ aqua que sunt media coloris inq̄ztum lucida sunt tunc ha bens illa plura organa iteꝝ sufficienter sen tirꝫ illud sensatum τ non deesset ei aliquid in sensibiliuꝫ cognitione. Ex omnibus āt hmōi arguo ꝙ habens organa sufficienter omnia sensibilia sentientia p mediū ɔiunctum τ p medium remotum non habꝫ defe ctum alicuius sensus. aľ autem habens gn q̄ꝫ sensus habet organa sufficienter omnia sensibilia tam p medium cōiunctum q̄ꝫ per medium remotum accipientia. ergo non de est aliquis sensus bñti quinqꝫ sensus pre dictos. τ hec ratio est penes media sensuū accepta. medium enim ad omnem sensum essentialiter exigitur: sed mediuꝫ aut est cō iunctū aut distās: τ si ɔiunctuꝫ est aut est p h medium quod est equalitas inter sua sen sibilia aut priuatum eis omnino. medium autem quod est equalitas est in tactu: quo niam omnino non potuit priuari tangibili bus eo ꝙ ex talibus consistit compositio es sentialis animati corporis. si autem est me dium p priuationem sensibiliuꝫ coniunctū tunc est gustus. ille enim est per ɔiunctum medium eo ꝙ ipse est quidam tactus τ suū medium priuatum est sensibili eo ꝙ ex illo non componitur sentiēs: sed potius suū sē sibile est indicās h quod est maxime cōue niens ɔpositioni essentiali τ h est sapor qui ideo ꝙ sequela est complexiōis indicat nu trimentum quo saluatur compositum aiatū Si autem est mediuꝫ distans non potest eē terminatum corpus: quia per illud nō pos set esse transitus sensibilium. oportet igiť ꝙ sit puiū. h autem ē ƀm duplicē nām: aut. n. est ƀm eam que est a supiori corpore τ sic est medium visus τ hoc est in quatuor corpori bꝰ puīs: aut ƀm nām alicuius elī in seipso τ h est duplr: aut. n. est cū motu gnāte sen sibile ipsum: aut ƀm gnātionem a solo sensi bili factam τ primo quideꝫ mō est mediū soni τ h ē aer ꝙ aer q̄ꝫ aqua nobilior ē ma gis est in aere q̄ꝫ in aqua. Secūdo autē mō mediū est odoris quod est etiam plus in ae re q̄ꝫ in aqua. quia licet humidior sit q̄ꝫ aq̄: tamen ꝑpter spūalitatem sui humidi cali do sicco minus contrariatur q̄ꝫ aqua que in corporatuꝫ habet humidum: τ ideo plꝰ dif fundūť odoris in aere q̄ꝫ in aqua. Est aūt sciendum sensibilium p media sua non esse motum localē: sed potius sicut diximus su pra sensibile formaliter gnāt intentioneꝫ su am in omni parte medij p circulū τ speraꝫ in circuitu nec ē vna numero intentio sensi bilis quelibet in parte medij sed diuerse sic̄ etiam supius diximus de soni gnātione τ h magis ē alteratio q̄ꝫ motus localis nō tam̄ vere est alteratio ideo ꝙ non res: sed poti us intentio rei est generata in medio que i tentio non est res sepata vel rata in esse: sed potius rate rei similitudo spūalis. Si autē aliquis obijciat ꝙ si motus localis non est intentionū sensibilium in medio ꝙ tuncꝰ di stantia non debet impedire sensum τ debe mꝰ equaliť cito sentire remotū τ ꝑpinquū Adhuc aūt si est alteratio τ omnis alteratō ē cū transmutatione sibi τ ita vť media debe re transmutari: dicimꝰ ad hoc quoniam ois vtus agēs efficatior est in ꝑpinquū agere q̄ꝫ in remotū sicut dicit phs alpetrās τ iō sen sibilia in ꝑpinquo ꝑportionatas suas ge nerant formas τ nō in remotis quoꝝ distā tia extra possit eē gnāntis. τ lꝫ cōcedať me dia ƀm aliqd posse transmutari nō tñ sim plr trasmutāť eo ꝙ ista nō res sunt velut di ximus: sed reꝝ intentiones quedam τ pre cipue in visu. in auditu auteꝫ sonus eē ma teriale hꝫ in aere τ p reflexionem habꝫ esse spūale. odor autem habet intentionale esse in remoto τ i ꝑpinquo aliqd habet de esse mālī. gustabilia aūt τ tangibilia p nām cō iūgūt medijs: sed tñ medium nō agit in or ganuꝫ nisi esse intentionale. τ ideo vť ꝙ sic̄ in alijs sensibus sensibilia ad mediū se hñt ita in gustu τ tactu se habent media ad sen sum. hec igiť est rō p media sensuū ꝑbans nullū in aliquo animali ꝑfecto deeē sensū.

Capitulū quartū in quo ꝑbať nō eē nisi quinqꝫ sensus p nām organoꝝ.

Adducemꝰ āt h aliam rōem ex ꝑte organoꝝ sensus acceptā dicentes ꝙ organa quibꝰ sentiūt aialia non

pn̄t esse ꝯmixta. nisi sic ꝙ sint ex duob⁹ el'is
medijs que sunt aer ⁊ aqua dn̄antib⁹ in eis
sicut pupilla cuius ꝑfectio est visus ē ex aq̄
⁊ aer ꝯnālis est auri ꝑ quam ē audit⁹ ⁊ ol-
factus ēt ex altero illoꝝ est qm̄ in spiranti-
bus fit ꝑ aerem in aquaticis aūt fit ꝑ aquā
adducēntem odorē similiter in animalibus
nō hn̄tib⁹ sanguinem ⁊ nō spirantib⁹ q̄ i ae
re hitant sicē sunt apes fit. n. in aere in quo eis
dem odores occurrunt vel concurrūt: sicut
supius ē determinatū. ignis autem ꝑ seip-
sum quidem nullius est: eo ꝙ est ꝯsumens
⁊ interminās omne animatum: sed ꝑ ꝓprie
tatem sui caloris incomplexionatus tunc ē
in omnibus sensibus opatio eius quia ca-
lor facit vigiliam ⁊ expandit spūs animali
um ad organa sensuum ⁊ sic organa omia
soluit ad operationem sicut frigiditas ad i-
teriora ꝓpellens spūs immobilitat ⁊ stupe
facit omnia organa sensuum sicut in somno
⁊ vigilia terminabitur. Terra autē cum sit
frigida ⁊ sicca ⁊ ex vtraqꝫ q̄litate sit termia
tum corpus ⁊ nō receptibile sensibiliū: nec
reddibile eorundem sed potius h quod tar
de recipit fortiter in seipsa tenet nō pōt esse
dn̄ans in organo alicuius sensus nec adiu-
mētū p̄bere ad actus ⁊ opationes sensibi-
les q2 vō organicū corp⁹ terminatū ⁊ figuā
tū est ⁊ nō tenꝫ nisi terra: iō ꝑmixta alqͥ ma
gis domiatur in tactu: q2 in omnib⁹ aiatis
magis terra dominaꝉ ꝓpter soliditatē ⁊ fir
mitatem q̄ debet eē ſm nām in corpib⁹ aia
tis eo ꝙ aliter distinctionem ⁊ figuras mē
broꝝ corpus aiatū nō retineret. vn̄ ex dictis
relinqꝉ nullū organū eē in quo dn̄eꝉ aliqd
simpliciū nisi aer ⁊ aqua. ⁊ h⁹ signū est ꝙ si
oculus pūgaꝉ nō egrediꝉ ex ipō nisi aq̄. licꝫ
āt ꝑspicuū qd ē mediū visus sit plus i aere
⁊ igne ⁊ celo q̄ꝫ in aq̄. tamen illa nō pl⁹ do
mināꝉ in visu. lux. n. celi vel ignis si in oclo
dn̄areꝉ: sicut dicit plo ⁊ calcidi⁹ nō aduna
rēꝉ in oclo forme: sed potius diuaricarētur
sicut expresse deprehēdiꝉ in speculo luci op
posito in quo aut nulle appēt forme: aut ap
parent valde obscure ⁊ ꝯfuse ⁊ iō sagax sol
licita nā sapienter obūbrauit oclm fouea et
lacbryma ⁊ supcilijs ⁊ hūore nigro circa ae
rem acli posito vt forma adunata certi⁹ dn̄-
dat visibibile ⁊ luce vndiqꝫ circūfusa nō di
uariceꝉ visibi le. Adhuc aūt si ignis abun
daret in oculo rar⁹ esset nimis ad tenēdas
formas nec representaret sed traduceret: or
ganū aūt tenere ⁊ representare dꝫ formas:
oportuit igitur ꝙ fieret ex aqua frigida gla
tiali que puritate sua ⁊ puietate ⁊ huiditate
reciperet ⁊ frigiditate ⁊ spissitudine teneret
⁊ representaret in auribus autem non ē ea-
dem causa quia sonus est cum motu: sicut
supra demonstratum ē ⁊ motus non potest
esse ꝑmanens in spisso sed in tenui ꝙ h eit
ſm aliqd leue ⁊ graue sicut in de ce. ⁊ mū.
determinauim⁹. h ergo causa ē quare in or-
ganis hec duo elementa domināꝉ ⁊ nō alia
Qd autem diximus odoratū fieri vtroqꝫ illo
rum non debet intelligi ꝙ organū ipsuꝫ ha
beat dominiū vtriusqꝫ illoꝝ eloꝝ quia orga
num olfactus in anteriori pte cerebri collo
caꝉ: ⁊ ideo optet esse frigidum ⁊ humiduꝫ
nō tamen fluidum sed commixtum cuꝫ ter
ra. sed actus odoratus fit per tactum
aeris in quibusdam ⁊ per tactum aque i q
busdam sicut diximus: cum igitur organa
sentiendi aliter componi non possint: ni
si tex his que diximus ⁊ animalia perfec
ta omnes habeant istas organorum perfec
tiones. animalia perfecta omnes habent
sensus. omnes enim sensus habētur a per
fectis animalibus ⁊ non ab imperfectis si
cut i tertio huius scientie libro ostendem⁹.
natura enim sollers ⁊ sollicita nihil negat
necessariorum ⁊ non dat superfluum aliqd
⁊ hoc perpendere possumus in hoc ꝙ tal-
pe dedit oculos ⁊ cooperuit eos pelle quia
illud animal cibum sb terra venatur: ⁊ ibi
oculis non indiget: raro autem est extra ter
ram ⁊ propter consuetam opacitateꝫ terre
⁊ tenebram sustinere lumen non posset nisi
oculos tectos pelle haberet ob quod in lo-
co oculorum exterius pilos non habe pel
lis eius vt magis sit spissa.

Capitulum quintum in quo probatur ꝙ
nullus deest sensus ipsis sensibilibus.

Adhuc āt τ tertiā3 inducem⁹ rōnem sūptā a sensibus p quā nullū deesse sensum animalibus perfectis ostendem⁹ hec enim efficacior est ad probandum ꝙ numerus propriorum passiuorum ex nūero propriorum actiuorum conuenientissime probatur. Non enim alteru3 aliquod corpus sensibile est τ alia passio siue qualitas sensibilis que nulli sensui est propa ꝗ3 ille que dicte sunt ergo nullus deest animalibus perfectis sensus. nullum autē aliud sensibile ē ab his que dicta sunt sicut probabimus. Si enim esset aliud aliquod sensibile sensus illius ab aliquo animali haberetur: sed animal perfectissimū est homo: ergo sensus illius haberetur ab homine. nos autem videmus hominē nō habere plurium sensibilium sensus ꝗ3 qui dicti sunt: quoniam sensibilia iudicant cōuenientia τ inconuenientia animalib⁹ quorum sunt sensus. iudicium autem conuenientis τ inconuenientis potest accipi per illud quod substantialiter conuenit aut nocet aut per signum illius: τ siquidem ē de eo quod substantialiter cōuenit: tunc oportet ꝙ sensibile innotescat per seipm: τ aliquid quod est pars animalis quia ad hoc ꝙ aliquid substantialiter conueniat oportet ista duo concurrere scilicet ꝙ substātia sensibilis perseipsam conueniat: quia species generata ab ipo nō constituit substantiam corpoream: τ oportet vt substantie cōueniat sentientis: τ sic sensibile necesse est coniungi per substantiam sentienti: τ ex h̄ conuincitur esse tactus: τ sufficienter habetur quando omnia contangibilia nobis sb̄stantialiter per tactum sentimus. Si autē per signum innotescit: aut illud signu3 est propinquum aut remotum: aut medio modo se habens. τ siquidem est propinquu3 tunc erit sequela commixtionis: τ sic erit sapor per substantiam coniunctus gustui. τ si est medio modo se habens tunc ē odor qui causatur a sapore. Si aute3 est remotū tunc significat per ipsam rei formam: aut per illud quod est ei⁹ signum τ non res: ipsa: τ sic est sonus. Est autem numerū hūc aliter accipere: quoniam sensus est ad notitiam ordinatus τ ad cibum conuenientē τ ad substantiam. his enim tribus perficitur animal perfectum. substantia eni3 dat esse: cibus autem conseruationem in esse disciplina autem est de perfectione anime τ precipue humane. Si ergo sensibile sit magis disciplinabile tunc erit aut ex ipsa rei forma deseruiens inuentioni: τ tunc est sensus visus. τ ideo delectatio visus maxime signum est ꝙ homo naturaliter scire desiderat: aut est per signum intentionis rei: τ sic est auditus deseruiens doctrine: quia autem omne quod quisque scit aut addiscens ab alio: aut inueniens per se ipsum nouit: ideo isti duo modi sufficiunt ad disciplinam. Si autem sensus sit magis ad cibum prosequendum cum cibus non sit nisi aliquid commixtu3 oportet ꝙ spēs sensibilis sit alicui⁹ cōmixti spēs. species igitur ista cōsequitur proxime mixturam ita ꝙ est proximus effectus eius: et sic est sapor: aut est effectus eius non proximus τ sic est odor qui saporem sequitur Si autem est de his qui ordinantur ad substantiam tunc est species tangibilium: Et ex his patet quare homines visum et auditum habentes optime disciplinabiles sunt: τ si carent odoratu visu τ auditu nūquam disciplinantur perfecte. Sunt tamē omnes sensus aliquo modo τ ƀm quid disciplinabiles: τ ideo dicit ꝙ destructo quolibet sensu perit scientia sensibilis eius: τ sunt aliquo modo iudicātes cibū: sed tū aut iudicant p itētōe3 pure spūalē aut medio mō se hn̄tē: τ pmo qȝ mō iudicat vis⁹ a remotissio: secūdo āt mō aut ē sb̄aliter cibans: aut ꝓxime iudicans cōueniens τ inconueniens in ipo. τ pmo quidē mō est tactus: secūdo āt mō est gustus. Si aūt h3 se medio mō aut plus ē mālē ꝗ3 spūale aut ecōuerso: τ pmo qde3 mō ē odor qui mixti corpis ē: τ secūdo mō ē son⁹ qui ēe spūale habet i medio nō tamen sicut visus. he autē sunt rōnes ab aristotele in secundo de aīa ꝯfuse τ breuiter posite ꝓpter qȝ auicenna ꝓfess⁹ ē se aristotelē illo i loco n̄ itellexisse.

Capitulum sextum ꝙ sensatorum omnium non potest esse aliquis sensus.

a predicatis.

Dꝛte autẽ aliquis dicẽt ꝙ organum aliquod ꝓpriũ quo sentimus ẽ eorũ ẜsibiliũ que supra vocamus sensata cõia: ⁊ sic ille sensus qui ẽ illius orgãi erit sextus ẜsus p̃mus ita ꝙ ẜsata cõia sunt sibi ꝓp̃a Sed si hoc eẽt verꝫ tũc ẜsata cõia sentiremꝰ vnoquoqꝫ ẜsu ẜꝫ accidẽs ⁊ nõ eẽntialr̃. id qꝺ sentimus ꝑ accñs dr̃ duplr̃ quorũ vnũ ẽ quod accidit huic sensui iqꝫtũ ẽ hoc: licꝫ nõ accidat ẜsui inquãtum ẽ sensus sicũ nos visu sentimꝰ dulce: hoc.n.accidit visui iqꝫtũ ꝯiunctũ ẽ suũ sensibile cũ sensibili gustꝰ tamẽ dulce nõ accidit sensui inquãtum est sensus: qꝛ tunc a nullo sensu ꝑciperet̃ siue sentiret̃. aliud ãt est qꝺ accidit huic sensui inquãtũ est h̃ sensus: ⁊ etiã ẜsui inquantũ ẽ ẜsus sicut dicimꝰ ꝙ videmꝰ filiũ deonis ⁊ de illo diximus supra qꝺ ẽ sẽsatũ per accidens. p̃mo ergo mõ ꝑ accñs sentit̃ ab aliquo ẜsu hoc qꝺ ab alio ẜsu sentit̃ ꝑ se. si ergo sensata cõia sentirent̃ ab aliquo ꝓp̃o sensu ꝑ se tunc absqꝫ dubio nõ sentirentur ab aliis nisi ꝑ accidens: ita ꝙ forma eorꝫ nullo mõ depingeret̃ in ẜsu alio: sicut nec forma dulcis describit̃ in visu. cõia ãt sunt quinqꝫ que supra diximꝰ: q̃ sunt motꝰ statꝰ figura magnitudo nũerus: ⁊ vnũ tam̃ qꝺ ad nũerum reducit̃: ⁊ si aliq̃ alia inuẽiant̃ que a pluribꝰ ẜsibus eẽntialr̃ sentiunt̃ ad ista reducuntur sicut situs qui ẽ dimensio: ⁊ magnitudo quedã: ⁊ sicut ꝓpinquitas ⁊ remotio q̃ sunt etiã reducta ad magnitudinem: ⁊ sicut asꝑitas ⁊ lenitas ⁊ rectũ ⁊ curuum q̃ vident̃ ⁊ tangunt̃ que ſb figura vident̃ collocari ⁊ q̃cunqꝫ alia talia pñt inuẽiri. ⁊ iõ auicẽ. in suo sexto nãliũ: silr̃ ãt ⁊ auicebron et hebuchbam pl̃a q̃ꝫ qnqꝫ ponũt sẽsata. Qꝛ autẽ oia ista a quocunqꝫ p̃dictoꝝ quiqꝫ ẜsuũ eẽntialr̃ ⁊ nõ accidẽtalr̃ sentiãtur ꝓbat̃ per hoc ꝙ oia hec q̃ sentimꝰ motu quodã qui ẽ a ẜsibili in ẜsũ sẽtimꝰ. In illo aũt motu forã ẜsibilis vt passio quedã efficit̃ in ẜsu: tali.n.motu sẽtimꝰ magnitudinẽ. ⁊ iõ magnitudo ẜsibilis in sensu efficit̃: ⁊ qꝛ magnitudinẽ sẽtimꝰ motu oꝫ ꝙ ẽt figurã sentiamus tali motu: qꝛ figura magnitudo est quedam sic vel aliter terminata. ⁊ quia oppositorũ est idem ẜsus essentialis: ideo quiescens sentimus in eo ꝙ non mouetur siue priuatum est motu. numerꝫ autem sentimus negatione continui. ⁊ per numerum proprietates. iam autem probatum est ꝙ continuuꝫ quod est magnitudo quedam essentialiter sentitur: ⁊ iõ oportet ꝙ eius priuatio que est numerus essentialiter sentiatur ⁊ vniuersaliter dicatur q̃cq̃d sentit̃ motu qui fit a ẜsibili in ẜsum: ⁊ passio est ẜsus ⁊ sic perfecta ab agente sensibili a pluribus sensibus: illud sentit̃ eẽntialr̃ cũ talis motus sit factus ꝑ se sensibili forã motus.n.ille ẽ forã post formã: qꝛ quod a ẜsibili patitur ꝑ mediũ hoc patit̃ a medio organũ sensus. cõia autẽ oia tali motu sentiunt̃ a pluribꝰ sensibꝰ: nihil igit̃ eorum sẽtit̃ ꝑ accñs sed vnũquodqꝫ eorum sentit̃ eẽntialiter: ⁊ hoc non posset esse sicut diximus si sensata cõia ꝓpria essẽt alicuius sensus particularis quia vnusquisqꝫ propriorum vnum sentit tantum p̃mo ẜm naturaꝫ sicut visus qui primo nõ accipit nisi colorẽ ⁊ ſb ipo colorũ drãs. est.n.visus p̃mo coloris: ⁊ postea drãrũ coloris ẜm ꝙ probauimus in p̃ncipio phicorũ ꝙ vl̃e pus ẽ particulari in sẽsu. silr̃ ãt est in quolibet alio sensu. cũ igit̃ ista cõia sint plura ſb vna vl̃i nã nõ cõtenta nõ erit ipa alicuiꝰ sensus sẽsata ꝓpria. si autẽ diceret̃ ab aliquo ꝙ eẽt ꝓp̃a alicuiꝰ sensus tunc seq̃ret̃ ꝙ ab aliis sẽsibꝰ ꝓpriis ista non cõprehenderent̃ nisi ꝑ accidens: ⁊ sic motus sentiret̃ ꝑ visũ ꝑ accñs quia ille motus sentiretur a visu sicut nec sentimus dulce per visum: hoc enim ita cõtingit: quia nos habemus vtriusqꝫ scilicet tam albi q̃ꝫ dulcis proprium sensum ẜꝫ ꝙ essentialiter ⁊ substantialiter vtrũqꝫ ꝯgnoscimus: sed album visu ⁊ dulce gustu: ⁊ iõ accidit nobis videre album quando iudicium gustus prius fuit de dulci in hoc albo. ⁊ ideo nõ videmus dulce in eo quod dulce: sed videmus hoc quod est dulce ẜꝫ materiam. ⁊ si diceretur ꝙ non hoc modo videmus dulce per accidens ꝙ scilicet accidit huic sensui inquantum est sensus hic tunc oporteret ꝙ videremus ipsum per accidens oio ita ꝙ accideret ẜsui iqꝫtũ ẽ ẜsus

ſicut videm⁹ filiū deonis nō inquātū ē deo nis fili⁹ accept⁹ p aliquē aliū ſenſū: ſed in quantū ē alb⁹ cui accidit deonis filiū eē cuius foꝛa nequaq̄ʒ in viſu deſcribit: ſʒ ab alia altioꝛis ſenſus cōpꝛehenſiōe cuʒ viſibili accipit. nos autē iā ante ꝓbauimus ꝙ nos hēmus ſenſū cōem a pluribus ſenſib⁹ eo- rū que ſunt ſenſata cōia nō ſm accidēs: ſed p ſe. nō igit ē de ipiſ aliquis ꝓpꝛi⁹ neqquā ſentirem⁹ ipa eēntialiter a pluribus cōiter ſed tantū ſm accidēs ſicut ſentit filius deo nis. ꝓpꝛia. n. ſenſibilia ſentiunt ꝓpꝛij ſen ſus adinuicē: ita ꝙ vnus ſentit ſenſibile al terius: nō quidē ſm ꝙ ipi ſunt eēntialr̄ di- ſtincti ad hoc ſenſibile vl̄ ad aliud: ſed po tius ſm ꝙ ſenſus pluriū ſenſibiliū eſt vn⁹ in ſbō nō inquātū ſenſus: ſed potius hʒ ꝙ ſenſibilia pluriuʒ vnū ſunt in ſbiecto ſic ci trinū ⁊ amarū in colera: tūc. n. dicimus nos videre amarum quando videmus citrinū ⁊ non pōt dici ꝙ hoc ſit alterius ꝓpꝛiū cu iuſcunq̄ʒ duoꝝ. viſus. ſ. vel guſtus quod dicat ꝙ hec duo vnū ſunt: qm̄ hoc dicere ē alicuius virtutis que cōpat ſm diuiſionem ⁊ cōpōnem ſenſata pluriū ſenſuū: ⁊ hoc non pōt eē ꝓpꝛium alicuius eoꝝ: q2 que- cunq̄ʒ virtus cōpat inter ſēſata pluriū oʒ ꝙ accipiat ſenſata pluriū: ⁊ hoc nō pōt fa- cere aliquis ſenſus ꝓpꝛius: ⁊ q2 hoc non ē ꝓpꝛiū alicui⁹ ſenſus pticularis: iō frequēs fit deceptō circa hoc cū ſupra oſtenderim⁹ ꝓpꝛium ſenſū in ſenſibili ꝓpꝛio nullaten⁹ decipi. deceptio. n. eſt eius virtutis que cō ponit ⁊ diuidit inter ſēſata: q2 ſepe cū acci pit citrinū h ipm putat eē amarū: ⁊ ita mel aliq̄ñ opinat foꝛe fel. cui⁹ āt potētie ſit iter ſenſata cōponere ⁊ diuidere poſteri⁹ dicet Inquiret aūt aliquis cui⁹ cā nā dat nobis ſenſus plures ita ꝙ plura ſenſata ſentim⁹ ⁊ nō dat nobis nā vnū ſolū ſenſū p quem oia ſenſata ſētiremus. Ad h dicēdū ē ꝙ h fac nā q̄ten⁹ nos n̄ lateāt oia ſſata q̄ ꝯuēiē ter ſētim⁹ p⁹ ſēſata ꝓpꝛia. illa. n. neſcirem⁹ eē cōia ſi oia ꝓpꝛia ſētirem⁹ p vnū ⁊ eūdeʒ ſēſū q̄ ſūt mot⁹ ⁊ magitudo: ⁊ alia q̄ ſupra dicta ſūt. Si. n. ſol⁹ viſus p quē ſentiremus p oē ſenſatū ⁊ viſus eēt albi ⁊ alioꝝ ꝓpo rū: tūc laterēt magis cōia eē cōia q̄ʒ mō fa- ciāt: videnť. n. oia cōia eadem eē cū ꝓpꝛijs eo ꝙ nō cōſequerent niſi ad ſenſibilia eiuſ dem ſenſus: ⁊ videret coloꝛ eſſe magnitu- do. nūc autē q2 eadē cōia etiā in altero ſē- ſu ſentiunt: facit maīfeſtū eē ꝙ cōia altera ſūt a ꝓpꝛijs: quicquid. n. aliq̄ñ ſequitur ad vnū aliquādo ad alterū diuerſū ē ab vtro- que ⁊ cū cōia vniāt in ſe ꝓpꝛia ſi cōia non hū eſſent diſtincta a ꝓpꝛijs oʒ ꝙ totū iudi ciū ſenſibiliū eſſet erroꝛe implicitū: ⁊ nihil eēt certū in iudicio ſenſibiliū. hec igit dicta ſūt ad h ꝙ non ſit ſextus aliquis ſenſus ꝓ pꝛius pꝛeter quinq̄ʒ determinatos.

Capitulū. vij. ⁊ eſt digreſſio declarans. v. vires anime ſenſibilis interioꝛes.

Volētes aūt nūc inquirere de v̄tutib⁹ aīe ſēſibilis interioꝛibus ꝓpter faci- lioꝛē intellectū p̄mo enūerabim⁹ eas: ⁊ po ſtea ſigillati exequemur de ipis. dicamus igit ꝙ in oī nā que plurib⁹ cōis eſt oʒ eſſe vnū fontē ex quo illa cōitas oꝛiat: ſēſibilis aūt cognitio ē cōicata quinq̄ʒ ſēſib⁹: ⁊ iō oʒ eē vnū fōteʒ ex quo ois ſenſus oꝛiat: ⁊ ad quē ois motus ſenſibiliū referat ſic ad vl- timū finē: ⁊ h fons vocat ſſus cōis q q̄dā hēt inquātū ſſus ē: ⁊ q̄dā hʒ iquātū ſens⁹ cōis ē: inq̄ʒtū. n. ſſus ē hēt ꝙ recipit reruʒ ſpēs ſine mā: ⁊ tamē p̄nte mā qō ꝓpꝛiū eſt ois ſſus. inq̄ʒtū āt cōis ē hēt duo ſine qb⁹ ſſibilis ꝯgnitio nō pficit quoꝝ vnū ē iudi ciū ſſibilis opatōis ſicut nos appꝛhēdim⁹ videre quādo videmus: ⁊ audire quando audim⁹ ⁊ ſic de alijs. Si. n. hoc iudiciū nō eēt in aīalib⁹ n̄ eēt ſatis vtile videre ⁊ audi re ⁊ ſm alios ſſus appꝛhēdere. Secūdum āt ē cōpare ſſata diuerſoꝝ ſſuū p hoc ꝙ in uenit ea in vno cōi ſſato ꝯiūcta vel diſticta h. n. non pōt facere aliq̄s ſſus ꝓpꝛioꝝ: q2 cōpatio iter pl̄a ē: ⁊ oʒ cōpantē pl̄a ſit hr̄e apud ſe: ⁊ iō ſſus cōis cōpat ſſata dicēdo citrinū eē dulce ⁊ vnū dulci⁹ alio p h ꝙ ad ipʒ referūtur oiuʒ ꝓpꝛioꝝ ſſuū ſēſata. h igr̄ cogūt pōere ſſū cōeʒ. nos āt pcipi⁹ i nobis eē ꝯgnitōeʒ ſſibiliū foꝛaꝝ ēt q̄ñ res nō eſt p̄ns: ⁊ hec ꝯgnitio ē altioꝛis abſtractionis q̄ʒ cognitio ſſibilis ſic ſupi⁹ determiauim⁹ ſcimus. n. ꝙ altera eſt virtus que hū tenet:

⁊ altera est virtꝰ que bñ recipit: quoniaʒ bñ
tenens perficit̃ sicco frigido: ⁊ bene recipi
ens perficitur hũido. ⁊ cũ sensibil' bñ reci-
piat ⁊ nõ teneat re abñte: scimus sensibilẽ
virtutẽ vniuersaliter nã esse illaʒ que tenet
imagines rerũ apud nos quãdo res ipe ñ
sunt presentes. nos autem in nobis circa
sẽsibiles forãs triplicẽ expimur in genere
cognitionem quarũ vna est que ẽ circa for
mas acceptas per sensũ hoc mõ quo sensa
te sũt. alia autem que est circa intentiões q
nunꝗʒ in sensu fuerũt: sʒ tamẽ a sensibiliũ
cõditiõibꝰ nõ sũt separate: sicut esse cõueni
ens vel incõueniẽs ⁊ amicũ vel inimicum
⁊ esse filium ⁊ non filium matrem ⁊ ñ ma
trem sicut ouis noscit filium: ⁊ illi ⁊ nõ alij
porrigit vbera lactando: ⁊ fugit lupum vt
inimicum ⁊ canem sequitur vt custodem:
⁊ vtraqʒ istarum cognitionum est de his q̃
sunt apud nos re non pñte. Est autem et
quedam tertia que agit tam in formis sen
satis q̃ʒ in intentionibus componendo et
diuidendo que est quasi cõmunis virtꝰ ad
quam referuntur tam forme sensate q̃ʒ in-
tentiones elicite sicut sensata particularia
ad sensum cõem. Resumamus igitur duo
principia per que distinguuntur vires iste
dicentes ꝙ actiuum quod est formale non
perficitur eodem quo ꝑficitur passiuuʒ qđ
est recipiens ⁊ tenens. cum igitur quedaʒ
virtꝰ sit que tenet ⁊ recipit formas priꝰ sen
satas: illa erit passiua perfecta frigido sicco
in complexione organi cuius ipsa est actꝰ
Cum autem in nobis experiamur esse co
gnitionem intentionuʒ elicitarũ ex sensibi
libus formis oportet esse aliquid quod eli
ciat ⁊ agat illas intentiones: ⁊ illius erit q̃
si potentia actiua agens intentiones illas
ex sensibus cuius perfectio in complexio
ne sui organi est calidũ spirituale ⁊ forma
le valde reseruatorium: ergo formarum
sensatarum vocauerunt peripatetici imagi
nem alias imaginationem: ⁊ quibusdam
placuit ꝙ vocitetur virtus formalis eo ꝙ s
uat apud nos formas. actiuuʒ autem ⁊ eli
citiuum intentionum vocarunt extimatio
nem: quia vero etiaʒ experimur apud nos
iterum teneri intentiones elicitas sicut te-
nentur forme sensate: ⁊ non est ab eadẽ po
tentia tenere ⁊ agere sicut dictuʒ est: nec id
tenens ẽ quod tenet forãs sensatas ⁊ inten
tiones elicitas ex eis eo ꝙ altior gradꝰ ab-
stractionis est intentio q̃ʒ forma sicut supra
diximus: ideo coacti sunt inuenire virtutẽ
anime que tenet intentiões elicitas ab esti-
matiua virtute: ⁊ hanc vocarunt memoriã
Adhuc autem nos experimur nos vti cõ
ponendo ⁊ diuidendo tam formis q̃ʒ intẽ
tionibus. facimus enim hominem cum du
obus capitibus: ⁊ aliquid compositum ex
multiplici forma sensata ⁊ componimus
hoc cum intentionibus quas elicitas ha-
bemus apud nos. ⁊ oportet ꝙ faciens illđ
sit aliquid cõmune ad quod tam forme q̃ʒ
intentiones referuntur sicut ad quoddam
cõmune. ⁊ hoc vocarunt fantasiam que ex
istens inter memoriam in qua sunt intenti
ones: ⁊ imaginatiuaʒ in qua sunt forme ac
cepte per sensum vtitur vtrisqʒ componen
do ⁊ diuidendo. ⁊ hoc oꝑatur in sompnis:
sicut ⁊ in vigilia. fantasia autem ab appa-
ritione dicta est: quoniam ill[a] est maior co-
gnitio quam habeat anima sensibilis: ⁊ est
vltimum virtutis eius: ⁊ hec a vulgo in ho
minibus vocatur cogitatiua: cũ tamen pro
prie cogitare rationis sit proprium. hec au
tem fantasia plurimum confert eius recor
dationi quod oblituʒ est per hoc ꝙ mouet
intentiones ad formas: ⁊ formas ad inten
tionem. per hoc enim venitur in simile ali
quid eius quod prius scitum fuit: ⁊ per il-
lud venitur in oblitum sicut nos in libro đ
memoria ⁊ reminiscẽtia ostendemus. hec
etiam est illa que itellectualia assimilat cor
poralibus. Intellectuales enim diuisiões
vnius in multa assimilat diuisioni arboris
multos in ramos sicut id quod facimus in
arbore porphyrij de diuisione predicabili
um ⁊ resultatione quam facit ipse intel-
lectus posterioris in ꝑmis assimilat scalis
sicut est id quod tradidit pictagoras đ scha
la aurea. ſm congruentiam autem operuʒ
paripatetici tradiderunt istis viribus situʒ
oẽs. n. orgãicas eẽ tradiderũt eo ꝙ sunt cc
ꝑticularia tantũ. omnis eniʒ forã ꝑticl'aris
in mã aliqua est: quoniã forma sine omni

mã accepta est vl'is circa quã opatur itelle
ctus. sensũ igit' cõem in ãteriori pte cerebri
posuerũt in loco vbi cõcurrũt nerui sensiti-
ui quinqȝ sensuũ sicut in quodaȝ centro q
locus medulosus ē ꝛ humid⁹ post quē lo-
cũ ē duricies maior ex frigiditate cerebri ꝑ
ueniens: ꝛ illũ dixerũt thesaurũ formarũ in
quo retinent' foꝛe ꝛ imobilitant' qui thesau
rus imagiatiua vel formal' vocatur. In p̃
ma autē parte medie celle cerebri vel cellu
le q̃ calida ē ex motu m'lti spũs ad ipaȝ po
suerũt extimatiuã q̃ elicitiua ꝛ actiua ē in-
tentionũ. thesaurũ aũt eius retinantē inten
tiões qui mẽoria vocat' in posteriori parte
cerebri posuerũt qui locus est sicc⁹ propter
neruos motiuos q oriunt' ab ipo. cuius si-
gnũ est: quia lesa illa pte pditur vel leditur
mẽoria in oibus aialib⁹. fantasiã autē que
cõuertit se tã sup intentiões q̃ȝ sup formas
posuerũt in medio medie celle tanq̃ȝ cen
trũ inter imaginatiuã ꝛ mẽoriã. hui⁹ signũ
ē: quia lesa media cella ñ habet' ab aliquo
aiali ordinatũ regimen vite eo ꝙ nõ põt vti
sensatis foris ꝛ intentionibus ẜm ꝙ oꝫ: et
tunc efficiũtur animalia furiosa ꝛ rapida:
hec igit' sunt que prelibare volum⁹ de istis
v̑tutib⁹ ꝛ modo prolix⁹ determinabimus
de vnoquoqȝ istorũ ꝛ p̃mo de sensu cõi.

Capitulũ. viij. de eo quod sensu cõi nos sē
timus vider̃ ꝛ audire ꝛ hȝ alios opari.

Dicam⁹ igit' ꝙ quia nos sentim⁹: qꝛ
videm⁹ quãdo videm⁹ ꝛ sentimus:
oportet ꝙ virt⁹ qua hoc sētim⁹ sit aliq̃ v̑tus
aie sensibilis. Queram⁹ igitur vtruȝ vis⁹ sit
illa virtus q̃ videm⁹ nos videre aut altera
a visu. Sil'r aũt querit' de virtute qua senti
m⁹ nos audire ꝛ olfacere ꝛ sic de aliis vtꝝ
fiat h̃ per sensuȝ ꝓprium cui⁹ ē opatio illa
aut p aliquã aliam virtutē. Si auteȝ detur
ꝙ sensus quo sentim⁹ nos videre qñ vide
mus sit alter a visu tunc oportet ꝙ ille sen
sus sit visus eo ꝙ illo videm⁹ nos vider̃: ꝛ
oportet ꝙ ille etiã sit coloris qui sbijcit' vi-
sui: qꝛ nõ videm⁹ nos videre: nisi per hoc
ꝙ videmus nos in visu specieȝ coloris ha
bere: ꝛ qui videt speciem coloris in visu vi
det colorem. ꝛ ex hoc sequitur ꝙ duo sens⁹
eiusdem sint sbiecti siue obiecti. s. visus: et
ille quo videmus nos videre quod est im
possibile: quia non multiplicatur propriuȝ
patiens ex eiusdem speciei agente. Si aũt
daretur ꝙ est idem visus quo videmus co
lorem: ꝛ quo videmus nos videre coloreȝ
tunc visus erit suiipius sicut obiecti: ꝛ cuȝ
obiectum sit agens: sensus patiens: seque
retur eundem sensum eē agens ꝛ patiens
quod iterum est impossibile. Si auteȝ pro
pter hoc iterum diceretur ꝙ esset sensus al
ter tunc queramus de illo altero vtrum vi
deat se videre an non: ꝛ si non tunc cogni-
tio sui sensibilis est incerta comprehensio:
quoniam quando videt non comprehen-
dit se videre: tunc eadem ratione alio sen-
su videt se videre sicut ꝛ in principio: ꝛ tũc
iterum de illo queret' : ꝛ procedet hoc in
infinitum: aut oportet dicere ꝙ ille alius sit
suiipius iudex. cum autem eodeȝ sensu vi
deat se videre: ꝛ videat visibile: ꝛ hoc in p̃
mo dicēdum fieri eo ꝙ nã nũquam abun-
dat superfluis sed explet opera sua per ne
cessaria: ergo relinquitur ꝙ eodeȝ sensu vi
deamus visibilia: ꝛ videamus nos videre
hoc tamen adhuc dubitationem habet: cõ
stat enim ex premissis ꝙ nihil ē videre ẜm
actum nisi visu sentire colorem ẜm actum
quoniam nos supra probauimus ꝙ speci-
es obiecti quando est in sensu perficit ipm
secunda perfectione que est agere: oportet
igitur vt videtur ex hoc sequi ꝙ videns se
videre nihil aliud sit nisi videns colorem:
aut visum habere colorem: ꝛ ita primuȝ vi
dens quo videmus nos videre habebit co
lorem sicut ꝛ pupilla. primum auteȝ vidēs
dicimus qđ influit oculo visum: illo enim
videmus nos videre sicut diximus supra
Si autem hoc detur tunc sequitur ꝙ quan
do videmus nos videre ꝙ videre sit color
vel coloratum quod est valde inopinabile
Dicamus igitur soluentes hanc questio-
nem ꝙ manifestum est ꝙ non omnino est
vnum ꝛ vno modo dictum sentire per vi-
sum. ꝛ huius signũ quidem est: quia etiaȝ
quando videmus res exteriores non vide
mus vno mõ: nec vno mõ iudicam⁹ p visũ
discernēdo tenebras ꝛ lumẽ. ꝛ sil'r possum⁹

dicere q visus sit diversorū sicut colorati ē aut obiecti z est opationis aliter q̄z obiecti: z tunc nō sequit q videre sit aliquid coloratū vel color.

Amplius autē solventes inductaz dubitationē aliqualr possum⁹ aliquo mō cōcedere cōclusiōem q scilicet videre videntis ſm actum sit tāquā coloratū lz non sic simpliciter sit coloratū. Id.n.quo sentimus ē susceptivū sensibilis fore: z informatur ea sed suscipit eaz sine materia vt supra dixi⁹ cuius signū est: quia etiā abeuntibus sensibilibus rebus a psentia sentientiū adhuc i sunt sensus.i.forme sensibiles z fantasie q bus sensibiliter operant aialia quādo imaginant z remēorantur sicut supra diximus actus.n.sive pfectio rei que sentit z sensus ſm actū factus ē vnus: q2 vna fora pfectio ē vtriusqz: sed alteꝛa est eē eius in sensibili z alterum in sensu: q2 esse spūale z intentōnale hēt in sensu: māle aūt z naturale hz in re sensata: hoc aūt dico de sensu z sensibili ſm actū acceptis: vt qn̄ accipit sonus ſm actū z audit⁹ ſm actū: tūc.n.in vnius fore actu sunt sonās z auditus q̄ forma ē sonus alterū eē hñs in sonāte z alterū in auditu.

Cōtingit.n.aliquādo q id quod hz auditū nō audit ſm actū: z cōtingit q id qd hz sonū in potētia nō sonat ſm actum: z tūc n̄ sūt in vnius fore actu audiēs z sonās: cum aūt id quod possibile ē audire opet z actu aliter audiat: z cū id quod pōt sonare actu aliter sonat: tūc ſm actū audiēs z ſm actū sonās sunt silr in vna forma ſm actū: sed put ē in audiēte vocat auditio: z put ē in sonante vocat sonatio ppter diversuz eē qd habet in auditu z sonāte sicut dixim⁹. z similiter ē de visu z ceteris sensib⁹. sicut igitur auditio ē soni q̄dā pfectio ſm auditum ita visio ē coloris aliquo mō: ppter quod vidēs se videre iudex est eius quod ē circa coloris actū in visu. Est igit determinatō q̄stionis hui⁹ totius q videm⁹ nos videre z sentim⁹ nos audire z ſm quēlibet sensuz operi sensu cōi qui aliquo mō ē idē cū particulari z aliquo mō diversus. Sūt oēs sensus vnū in fora virtutis sensitiē q̄ fons ē vtutū sensuū particulariū: z ipi pticulares sensus sūt sic rivi ex cōi fonte derivati: z hoc sensu cōi ē iudiciū circa pticulares actiōes q̄ sunt sensuū particulariū: z hoc mō reflectitur vtus sensitiā sup se quādo iudicat d seipa. sensus.n.cōis qui formalis ē reflectitur sup particularē iudicādo sensibilr d actiōe z opatiōe eius: z hoc mō nihil phibz qn idē sit activū z passivū: agere.n.quodā est iudicare z compare cōponēdo z dividendo: z hic ē cōis sensus qui ē foial. recipe aūt z habere foas sensibiles ē pati: z h ē sensuū particulariū. nos tn̄ ad hanc q̄stionē inferius in sequēti caplo redibimus subtilius de eadem disceptantes.

Capitulum nonū qualr sensitivuz sensibileqz idem in actu sunt z diversa in esse z qliter correlativa.

Hic aūt iā dictū ē q sensus ſm actuz z sensibile ſm actu sunt simul z idez i actu z diversa in eē. Hoc aūt sic pbatur. ois.n.motus qui ē exitus de potētia ad actū: z silr ois actio ſm q est actio ab agēte in patiens: z silr passio qua abijcit aliquid ab eo in qd agit z quod movet sūt i eo qd agit sive patit ſm rē sicut ostēdim⁹ in phisicis: q2 āt ois sensus patit ab obiecto sic auditus a sono oz necessario sonū hz actū in quo ē son⁹ pmo ſm potentiā in eē: act⁹.n. ois est in eo quod de potentia exivit i actū z h ē patiens z motū: activi.n.z motivi actus fit in patiente generalr z nō econverso z iō nō generalr est verū q oē movēs moveat. nō.n.ē verum nisi in phisicis quorū mā ē vnica per cōtrarietatē movens z mota sicut determinatū ē in phisicis z in libro pygeneos. in alijs aūt invenit aliqd agēs nō actū: z aliquid movēs nō motū sicut ē i spūalib⁹ in quib⁹ sensibile ē movēs tn̄ motū: z mediū movens motū z sensus motū z nō movens. cū igit sic est tunc oportet necessario q sonātis actus qui ē sonatio sit in potente sonare: z hoc ē solidū planum cuz aere sibi coiuncto. similiter autem potētia habens sonum est sensus auditus. act⁹ ergo soni fit etiā i auditu: igit sonās z audit⁹ est idem actus ſm esse differens ſm ōnez

sic alia itll'ibilia. o3 eni dare istoꝝ alteꝝ: qa
oē itll'ibile in eo ꝙ ē itll'ibile ē spē intll'ibili-
tatis vnū ꝛ idē: sic oē visibile est idē cū alia
spē q̄ visibile ē. si āt dicat ꝙ itelligit alia sic
seipm. cōstat aūt ex hijs oib⁹ q̄ supi⁹ inducta
sunt: ꝙ ipe itelligit se sic actu sepatū a mā ꝛ
a māe appēdicijs: igit ꝛ alia sic sepata intel
ligit: ergo foꝛme sepate bm actū insunt reb⁹
foꝛme aūt sepate pͥncipia sunt intllēs: ꝛ nō
eē nāe: ergo pͥncipia intllēs insūt reb⁹: s3 cū
nā n̄ deficiat i necārijs: cuipiā insūt pͥncipia
res itelligēdi: illi inest vt⁹ intll'ndi: ergo itel
lect⁹ inest oib⁹ reb⁹: h autē videm⁹ foꝛe flm̄
ergo nō potest dici ꝙ intelligat alia sicut se-
ipsum. Si aūt ecōuerso dicatur ꝙ intelligit
se sicut alia: alia autē intelligit actu mixta
cum materia: ꝛ separat a materia ꝛ indiui-
duantibus: ergo etiā intelliget se mixtū cū
mā: ꝛ sepabit se ab ipa ꝛ indiuiduantibus

ergo ipse est mixtus mãe: ꝛ patit̃ ꝑ cõmuni
catõnem mãe cum reb⁹ que agũt in ipm: ꝛ
sic fim̃ videt̃ quod dixit anaxa. ꝛ totũ quod
superi⁹ inductũ est. Dicem⁹ aũt soluẽdo pri
mã qõem: ꝙ pati phicũ quod ẽ cum motu:
semꝑ est ƀm cõe aliquid agẽti ꝛ patiẽti qd̃
est ſbm. vnde ꝛ p̃us dixim⁹ qm̃ intellectus
non est simplr̃ potẽtia passiua intelligibiliũ
sed quodãmodo est potẽtia'. est eni potẽtia
receptiua tm̃: ꝛ nõ ꝓpe passiua: ẽ ei potẽtia
intelligibilia: ꝛ anteq̃ȝ intelligat nihil ẽ oĩo
intelligibiliũ nisi p̃usq̃ȝ itelligit actu ea: qd̃
q̃r̃ sit oȝ ad mẽoꝛiã reuocare que dicta sunt
in fine p̃mi phicoꝝ. Ex his eni intelligit̃ ꝙ
duplex est potẽtia passiua. quedã ei ex sua
potẽtialitate nõ est nisi ſbm ꝛ cã receptõnis
simplicis. quedã autẽ ex sua potẽtialitate ẽ
causa ꝛ ſbm: ꝛ receptõis ꝛ trãsmutationis.
potẽtia eni mãe que vna est ꝯtrarioꝝ ẽ ſbm
ꝛ causa recepiõnis, ꝛ trãsmutatõnis. ꝓpter
duo eni est ſbm trãsmutatõis: ꝛ ꝓpter vnuȝ
tm̃ est ipa ſbm receptõis. quia eni cõtrariuȝ
inest sibi: oȝ h̃ abjci ꝑ trãsmutatõnem: ꝛ q̃a
incboatio forme inest ei ante ꝑfectõem ƀm
actũ: oportet illã incbatiõem ꝓcedere ad a-
ctũ ꝑ trãsmutatõem que est forma post for-
mam: ꝛ eo ꝙ ꝯtinue fluit potẽtia ei⁹ in actũ.
His eni duab⁹ de causis oportet ipam ma
teriã p̃us tpe ſbjci trãsmutatõi q̃ȝ recepiõi.
Receptõi eni ſbjcit̃ ꝑ id ꝙ receptio ẽ finis
trãsmutatiõis: ꝛ ideo receptio ẽ i idiuisibili
tpis: ꝛ trãsmutatio i tpe. h̃ aũt oĩa mãifeste
ꝓbata sunt in phicis. Sȝ potẽtia cui nõ iest
ꝯtrariũ: nec incboatio receptibilis: illa non
põt eẽ ſbm mot⁹ sed erit ſbm receptiõis sim
plicis: ꝛ illi⁹ exẽplar est qd̃ tamẽ nõ ꝑ oĩa si
mile est tabula rasa ꝛ planata ꝛ polita in q̃
scriptura nec ƀm actũ est: nec cõtrariũ scri-
pture: nec incboatio scripture ꝑ dispositõeȝ
mediã inter actũ ꝛ potẽtiã: que ꝑ motũ edu
cat̃ in actũ: sed tm̃ est sufficiẽter p̃parata ad
recipiendã scripturã: ꝛ ideo recipit eaȝ sine
motu: ꝛ nihil abjcit̃ a tabula: nec aliquid il
li impfectũ ꝓcedit in actũ: sed quãlibet lit-
teram recipit vt actũ sine motu adeptuȝ ad
quem non est in potẽtia: nisi receptiua solũ
ꝛ sic oportet accipere de intellectu possibili
ꝙ sit in potẽtia receptiua tm̃: cui intelligibi-
lia p̃ma actu non insunt: nec ꝑ dispositõem
mediã inter actũ ꝛ potẽtiã insunt ei: ꝙ tũc
oporteret eum esse materialẽ ꝛ trãsmutabi-
lem ad actũ: sed tm̃ habet recipe ea ꝛ melio
ri modo q̃ȝ tabula. quia supra dixim⁹ ꝙ ipse
est quodãmodo formalis ad ea: quod non
tabula circa scripturã est: ꝛ est opatiu⁹ circa
intelligibilia: quod iterũ tabula min⁹ facit
circa scripturã: tamẽ tabula exemplũ cõue
niẽti⁹ est quod in reb⁹ corporalib⁹ poterat
inueniri ad incorporearũ reꝝ potẽtiã demõ
strãdã. Oportet aũt hic cauere alex. erroꝛẽ.
Ille eiȝ dicit ꝙ intellect⁹ possibilis non hȝ
similitudinẽ cum tabula: sed cũ p̃patõne et
rasura ꝛ politõe tabule. et causa ꝓpter quã
hoc dicit est: quia dixit intellectũ possibileȝ
esse formã corpis: sicut supi⁹ diximus. nos
aũt dicim⁹ intellectũ eẽ vnã rem ꝑfectaȝ in
entib⁹ ꝛ incorporeã: ꝛ ideo dicim⁹ intellectũ
esse sicut tabulã: ꝛ potentialitatẽ eius sicut
rasurã ꝛ p̃paratiõem. Sic igit̃ cum sit rece-
ptibilis intellect⁹ sine passiõe ꝛ motu: susci
pit ꝛ sine tpe quodlibet intelligibile: ꝛ ideo
indiget agẽte duplici. s. quod cõferat formã
mouẽti ꝛ mouẽte. intellect⁹ eni agens con-
fert formaȝ intellectualitatis ꝛ intelligibili
ꝛ possibili intellectui: sicut vnũ lumẽ: ꝛ pfi
cit diafanũ: ꝛ facit actu esse colorẽ. sed intel
ligibile mouet ipm distinguẽdo eum: sicut
color visum. ꝛ h̃ simile est: sicut si dicerem⁹
ꝙ littere scriberẽt seipas in tabula. talis ãt
potẽtia receptiua soli ꝯuenit intellectui pos
sibili: ita ꝙ nõ sensui: quoniã quedam mã-
les dispositões ad sensibile recipiẽdũ p̃ce-
dunt in sensu: sicut calor vel frigus: vel hu-
iusmodi aliquid. in intellectu autẽ omnino
nihil p̃cedit: sed pure receptibilitati acqui-
ritur, receptũ ƀm actũ. ꝛ in istum sensum cõ
cordãt nobiscũ auerrois: themisti⁹: ꝛ theo-
phrastus: ꝛ nicolaus pipatetic⁹. Et ꝑ istud
nũc ꝑfecte patet qualiter distinguit̃ intelle-
ctus possibilis a materia p̃ma: ꝛ ꝙ passio
ꝛ receptio ꝛ potẽtia: ꝛ omnia talia equiuo-
ce dicũtur de intellectu possibili: ꝛ aliqs po
tẽtiis receptiuis. His aũt sic determinatis
soluem⁹ qõem secũdã: dicẽtes ꝙ ipse intel-
lectus ꝑ intẽtõem suã ẽ intelligibilis: sicut
ꝛ alia intellecta. sed ẽ diã: q2 iõ intellect⁹ ẽ

intentio p quam intelligit' non autem est in tentio qua intelligitur alia res quia ipse ē intellectus ꝛ non lapis vel alia res. nihil em̄ omnino intelligi potest nisi p suam vlem et formalē intentionem. nec oꝫ ob h̄ dicere ꝙ intellectus nō sit intellcūs quia intelligit se ꝛ añq̄ꝫ intelligat nihil ē intelligibiliū: sꝫ puram ꝛ simplicē habet ad talia potentiaꝫ receptiuam quia cū intelligit ipse est separatus ꝛ sua intentio p quam intelligit se eē separata intentio que aūt sic separata in intellectu sunt ꝛ sine mā in talibus idem est intellcūs ꝛ quod intelligitur. Scientia nanq̄ꝫ speculatiua sui ꝛ quod speculatū est idem est oio quia cum sit separatus sibiipsi presens est p intentionem: ꝛ ideo abstractione non indiget. Si autem in alijs sic omnino esset: tūc semp esset idē scia ꝛ res scita ꝛ h̄ est impossibile: sed ad hāc q̄ōem plene soluendam oꝫ querere quare intellectus non semp intelligit ɓm actum alia intelligibilia: ꝛ seipsum si. n. dicat' ꝙ omne qd̄ intelligit': intelligit' p intentioneꝫ a se abstractam: tunc: oꝫ ꝙ intellcūs seipsum intelligat p hm̄oi abstractōeꝫ abstractū aūt nō recipit' in eo a quo abstrahit': sed in alio quodam. ergo si se sic intelligit intellcūs possibilis ipse ad intelligēduꝫ se indiget aliquo alio intellectu recipiēte suam intentionem ꝛ h̄ abibit in infinitum. si intelligit se ꝛ alia non p abstractionem: tunc alijs inerit intellectus speculatiuus: et sic alia erit intelligentia sicut patet p supra inductam rōeꝫ. cum igit' vtrūq̄ꝫ istorum sit impossibile oꝫ dici ꝙ intellcūs intelligit se: et sicut alia ꝛ nō sicut alia. sicut alia quidē q̄m intelligit se p intentionem suam ꝛ sic intelligit alia: non autem sicut se alia intelligit q̄m ipse se nō abstrahendo intelligit cū sit sepatus alia autem intelligit sepando ꝛ abstrahendo sicut in premissis dictum est: ꝛ quia illa que abstrahit ante abstractionem sunt i potentia intelligibilia ideo nō semp p̄ntia sunt in aia ꝛ ideo intellect⁹ nō semper ē de illis ꝙ intellcūs nō est talium intellectoruꝫ nisi quando sunt sine mā non autem semp sunt sine mā. illi autem intellectui. s. possibili ꝯuenit semp intelligibile eē eo ꝙ sp denudatus est p̄ns sibi: ꝛ quia immāl' est hꝫ intelligere seipsum: sic ergo pfecte satisfactum est de questionibus duabus.

Capitulum decimūoctauum de natura intellectus agentis ꝛ qualiter anima est composita.

Uoniam autem i ōi genere entiū ɓm naturam tn̄ quibus est aliquid sicut materia oportet esse aliquid aliud in quolibet genere quoniam materia est potentia omnia illa que sunt generis illius spēs: ꝛ illud nō potest p seipsum fieri actus de potentia ꝛ ideo alterum necesse ē esse in eodem genere quod sit principale ꝛ efficiens ꝙ omnia facit que sunt in eo vl' fiunt in eo quod est potentia omnia illa q̄ sūt in genere suo ꝛ h̄ quidem in phiis planuꝫ est ex omnibus que in phica diximus. in se sib⁹ etiam patet quoniam potentia color n̄ fit actu color nisi ab aliquo agente h̄ autem in omnibus est. in semine. n. ordinauit natura agens quod est formans ad specieꝫ ꝛ id qd̄ format ad spēm posuit in mā seminis. Similiter est in omnibus. plura enim ad speciem vnam formata necesse est ꝙ hēant agens vnicum quod formet ea ad speciem illam est autem omnium intelligibiliuꝫ hꝫ ꝙ intelligibilia sunt sicut est etiam omniuꝫ visibilium ɓm ꝙ visibilia sunt species vna qua visibilia sunt. optet igit' ꝙ ipsoꝝ sit agens vnum ad speciem illam formandam in eis. hoc autem agens duo facit in omib⁹ in quib⁹ est quorum primum est ꝙ de se facit formas inductas ꝛ quo ad hoc est simile arti factiuse que nō accipit formas artificiatorum aliunde sed faciat eas de se ꝛ inducit eas in mām: sed in anima non est nisi facere formas intelligibiles ɓm ꝙ intelligibiles sunt ꝛ compositio earū non est i anima ad res sed potius ad intellectū possibilē ꝛ quo ad hoc intellectus agens in anima assimilat' arti ꝛ intellectus possibil' assilat' mā: sed q̄ꝛ forma intelligibil' ꝑut ꝯpat' ad aliud cuius est forma in formando mouet ꝛ distinguit intellectū possibilē ꝛ nō mouet nisi ꝑut in actu est. Non autem de se i actu ē sed in potentia ideo etiam intellectus agēs ꝯpatur lumini qui potentia colores fcit actu

colores qui ꝺm actum lucidi mouent visuꝫ ⁊ quo ad hoc intellcꝰs possibilis ꝯ̈ls agēs assimilatur visui vel lumini. hec eniꝫ duo ē necesse ꝙ sint in omni eo quod ē agens vl'r ꝯferens vnde moueat actum ab ipso. agens enim facit formas ⁊ cum facit eas per suas intentiones: tunc est factum principiū formarum sicut ars ⁊ cū dat eis vnde moueāt tunc est faciens: sicut lux facit colores: ⁊ ꝑ hunc modum in anima rationali necesse est esse has drias: ita ꝙ vnus intellectus sit in ea i quo anima facit intellecta qui formatur ⁊ distinguitur ab intellectis: ⁊ aliuſ sit quo omnia intellecta facit ⁊ ꝯfert eis formas vnde mouere possint intellectum possibileꝫ et ille est nō quidem hitus qui sit accn̄s ꝙ nō est pars anime: sed habet similitudineꝫ habitus in hoc ꝙ ꝑ ipsum agit anima quādo vult ⁊ non indiget aliquo ad hoc extrinseco ꝑficiente vel oꝑante ⁊ sicut habitus de se faciens formas seꝑatas intelligibiles q̄ ꝓut sunt intelligibiles: non habent de se forme esse ꝓut sunt in rebus quarum sunt forme: ⁊ est sicut lumen. lumen enim ꝺm quendaꝫ modum eē formalis colorum facit potētia colores esse actu colores sicut diximus supra: ⁊ sic ille intellectus potentia intelligibilia facit actu intelligibilia ꝑ hoc ꝙ seꝑet ea a mā: ⁊ a conditionibus materie resplendēdo super ea: sicut lumen resplendendo suꝑ colores facit eos resultare in lucido. Hic autem intellectus est etiaꝫ seꝑatus ⁊ immixtus ⁊ omnino impassibilis ⁊ est sb̄stantia que est actu ⁊ ideo in hoc quod est seꝑatus ⁊ immixtus conuenit cum intellectu possibili i hoc autem ꝙ est omnino impassibil'. possibilis autem intellectus patitur quodā mō ⁊ differt ꝺm aliquid ab ipso. in hoc āt ꝙ agens actu est ⁊ possibilis non hꝫ naturā nisi qua vocatur ⁊ est possibilis intellcꝰs differt ab eo simpl'r ⁊ h̄ sic esse oꝑtet quia semper in omni natura in qua est agēs ⁊ patiēs oꝑtet ꝙ honorabilius sit agens q̄ꝫ patiens ⁊ illud quod est principiatū ꝑ suam formalem actionem honorabilius est q̄ꝫ mā i qua ꝑ̄ncipiatur hoc quod principiatur. differt āt h̄ intellectus a possibili qm̄ cū suum intelligere nihil aliud sit nisi ꝙ suuꝫ intellectuale

lumen imbuitur intll'cus ſpēbus: ⁊ resplendet in eis nō egreditur suum intelligere ex̄ seipsum. nō enim est differentia inter intelligēs ⁊ intellectum in eo nisi sicut lūis in se ⁊ lūis quo imbuti sunt colores ad actum et ideo ꝺm actum sua scientia est res scita ꝓut est scita sed intellcꝰs possibilis qn̄ intelligit ea q̄ nō sunt ipse met intl'cs: tunc sua scia ⁊ suum scitū non sunt idem. Sic ergo in duobꝰ differūt simpl'r intl'cs agens ⁊ intellcꝰs possibil': ⁊ in tertio ꝺm aliquid differūt ⁊ in duobus ꝯueniunt: ⁊ quia lumen intellectꝰ agētis nō egreditur ex̄ se lꝫ ad aliud terminetur ⁊ h̄ est ꝓprium intelligētiarum seꝑataꝝ ⁊ maxime intelligētie ꝑ̄me ⁊ cāe ꝑ̄me ⁊ iō quidam crediderūt eum nō esse ꝑtem aīme sed esse splendorem resultantem in anima ab intelligētia seꝑata ⁊ h̄ inconueniens est quia ꝺꝫ h̄ in nā anime nō essent ista duo ꝑ̄ncipia agens .s. ⁊ patiens ⁊ cū illa sint in omi nā ⁊ vl'i ⁊ ꝑticulari. v̄tutes .n. celestes sunt agentes ⁊ el'ales sunt patientes ⁊ in seie et in oibus gn̄atis est v̄tus formatiua faciens ⁊ mā patiens ⁊ impossibile est ista ad eandem nām reduci ⁊ iō manifeste errant qui dicunt ista duo ꝙ ꝺm idem sint in anima ſꝫ differunt in hoc ꝙ eadem forma ꝺm ꝙ ē seꝑata sit agens ⁊ ꝺm ꝙ est incoꝑata sit patiens qm̄ nos ostendimꝰ supra ꝙ anima non hꝫ intellectū possibilē nisi inq̄ꝫtū est seꝑata ⁊ h̄ ꝯcorditer dicūt phi oēs. Amp̄ autem i intelligentijs seꝑatis sunt iste due drie sicut dixit auerroys ⁊ oēs alij phi: q2 nec aliter nec nūerari possunt: nec intelligibilia hr̄e ⁊ nō excipit ab his duabus driis nisi sola ꝑ̄ma cā que nihil omnino itelligit extra seipsam. dōm igit̄ ꝙ ista suꝑ duo radicant̄ i aīa quoꝝ vnū est sicut forma ⁊ alteꝝ sicut mā: ⁊ placet nobis h̄ multum dictū auerroys i q̄ōis theofrasti solone qui q̄siuit q̄l'r differrēt potentie māe: ⁊ potentia intl'cus possibilis ⁊ dixit ꝙ necesse est alia eē ꝑ̄ncipia reꝝ corporeaꝝ ⁊ incorporearū. Corporea enim hn̄t mām ⁊ formā. incorporee aūt oīo sunt forme ⁊ hn̄t tn̄ in se id qd̄ ē vniuersaliter agēs ⁊ id qd̄ ē possibile ⁊ h̄ ꝯuenit intelligētijs seꝑatis oibꝰ ⁊ iō ꝯuenit eis reflecter̄ lumē intellcꝰs sui supra se qd̄ nō possꝫ esse si

esset tantum intellcũs agẽs in eis quia ille
nõ nisi ꝓgitur ad intelligibiles formas ⁊ re
flectit in seipsum: ⁊ ideo omne quod habet
lumen intellectus in se reflexum est cõposi
tum ex his principiis ⁊ sic aĩa rationalis
⁊ est h̄ aliquid ⁊ nõ est h̄ aliquid quia est h̄
aliquid eo quod est sb̄stantia ꝑfecta forma
li ⁊ possibili patiente b̄z quid ⁊ non simpli
citer. Non est autem h̄ aliquid quia non ē
h̄ ꝑfectum ex mã ⁊ forma ⁊ est sepata a for
mis intellectorum. cum. n. anima sit resulta
tio quedam lucis intelligentie sepate erũt i
ipsa duo necessaria: quorum vnũ est forma
lucis ⁊ alterũ ē id in quo lux recipitur ⁊ stat
vt fiat ens aliquod mũdi ⁊ ab h̄ esse anime
fluunt due v̄tutes quarum vna est intellcũs
agens qui cãtur a luce recepta ⁊ alius est i-
tellcũs possibilis qui causat ab eo i quo lux
recipitur ⁊ in his duobus ꝑfecta sb̄stantia
exñs sepata anima est sb̄a ꝑmanens semꝑ
⁊ non corrupta ꝑ mortem corporis: sic nos i
ferius ostendemus: cum autem sepatus et
immixtus dr̄ intellcũs agens ⁊ possibilis
silr̄ h̄ erit eodem mõ in vtroqꝫ quia neuter
eorum est virtus in corꝑe: ⁊ ideo immixtus
ē vterqꝫ eorum. silr̄ aũt vterqꝫ sepatus est a
formis intelligibilium: ⁊ ideo agens vlis ē
ad agendum ⁊ possibilis vniuersalis est ad
recipiendum qđ non posset esse aliquo mõ
si specificarentur vt essent ens aliquod: qr
illud ageret formam suam tm̃: ⁊ non ad om
nia. Ex his igitur patet que sit nã ⁊ q̄ agẽ-
tis intellectus ꝓprietates.

Capitulum vigesimum de compatõ
ne intellectus possibilis ⁊ agentis ⁊ specu-
latiui.

Ex his autem facile aduerti põt ꝙ
duo sunt opa agentis quorum vnũ
est abstrahere formas intelligibi-
biles quod nihil aliud est nisi facere eas si
plices ⁊ vles. secũdũ est illũinare possibilẽ
intellectũ sicut lumẽ se habet ad diafanum
ꝙ oꝫ ꝙ spẽs vlis q̃ꝫ diu est vlis semꝑ sit in
lumine agentis: ⁊ ideo quando recipit i pos
sibili intellectu oꝫ ꝙ in lumine agentis reci
piat: ⁊ ideo optet possibilẽ illuminari lũie
intellcũs agentis. silr̄ autem possibilis du-
plr̄ h̄z cõpatõem: compatur enim ad agen
tem sicut completus lumine suo ⁊ compat
ad formas ex fantasiis elicitas sicut motus
⁊ formatꝰ ab eis que forme sic speculate ab
intellectu possibili vocantur intellcũs specu
latiuus. speculatiuus autem etiã duo h̄ h̄z
esse vnum quidem in lumine agentis quo
efficitur speculatiuus. alterum autem ex cõ
patione rerũ quarum ipse est species ⁊ quo
ad hoc multiplicatur ⁊ variatur ſm poten
tiam ⁊ actum. Ex p̄mo autem esse non ha
bet ꝑmutationem sicut diximus supra: ⁊ iõ
quando ꝯpamꝰ istos intellectus ad se inui
cem: tunc intellectus qui est ſm potentiam
dictus tempe p̄or est in indiuiduo quolibet
qm̃ prius intelligimus in potentia ⁊ nõ tm̃
opat itllcus agẽs adhuc in nobis aliquas
intelligẽtias speculatiuas postea autem cre
scentibꝰ expimento ⁊ tpe icipit i nobis ma
nifestari opatio intellectus agentis ꝑ sepa-
tionem intelligibiliũ: sed vlr̄ ſm sb̄am ꝯpã
do possibilẽ intellectũ ad agẽtem tunc non
precedit tpe quoniam si ꝯpent isti intllcus
nõ ꝓut manifestant in nobis: sed ſm suas
sb̄as tunc agens prior est acto ⁊ informans
informato: sed ſm hãc ꝯpationeꝫ nõ põt di
ci ꝙ possibilis aliqñ intelligat ⁊ aliqñ nõ in
telligat: sed potius semꝑ intelligit quia ſm
hãc ꝯpatõem nõ ꝯiũgit nisi intellectui agẽ
ti cuius intelligere est sꝑ eo ꝙ nõ egredit ex
seipm̃ sicut diximꝰ supius. sepatus. n. sic in
tellcũs tam possibilis q̃ꝫ agẽs q̃ꝫ etiã ꝯposi
tus ex vtroqꝫ solũmõ est ꝙ v̄e est ⁊ eternũ
ē ⁊ nõ ꝙ aliquando est intellcũs ⁊ aliqñ nõ
ē sicut ē speculatio de rebꝰ ꝑticularibꝰ ⁊ iste
sic sepatꝰ solus ē ⁊ imortalis ⁊ ꝑpetuus ꝑ
manẽs apđ aĩam ẽt qñ fuerit exuta a corꝑe
qm̃ qđ mõ intelligit aliqñ ⁊ aliqñ nõ h̄ iõ ē
qr mouet a fãtasmatibꝰ q̃ sũt in potẽtia itel
ligibilia ⁊ iõ nõ sꝑ actu mouent: ⁊ ideo dixi
mꝰ supra ꝙ nõ sꝑ ꝑmanet taliũ intellcũs: et
iõ ẽt qñ talis est in toto sepatus intellecꝰ
g ē ꝯuersio intellcũs possibil ad agẽtẽ g to-
tũ intelligere suũ habet intra seipsum: tunc
ñ remiscimur ꝙ rmiscẽtia fit ꝑ ꝯuersiõeꝫ ad
ꝑticularia que sunt in fantasmatibꝰ ⁊ fit me
diãte cogitatiua que est actus rõis ꝯferiẽtes

de pticularib⁹ z h nō habet intellcūs possi-bilis p ɔuersionē ad agētem: sed potius p ɔuersionē ad fātasmata z ex illa pte est ve passibilis intellcūs sicut ostendimus supi us z ſm h corruptibilis est lz in se sit sba ppetua sine h tamē fantasmate z corruptibili intellcū cogitatio de pticularib⁹ nihil oīo determinatum intelligit in pticularib⁹: z iō quando ɔtingit ipsum separi ab actib⁹ viri-um sensibilis anime: tunc nec reminiscitur nec imaginaẜ lz enim sbstantia ipsa rōnalis tota separetur a corpe: tamen ſm quasdā vi res nō opaẜ nisi in corpore: z ideo cum non est in corpore tunc nullā hz opationem itel lcūs ſm ɔuersiones ad illas ſm naturā

Amplius autem adhuc aliud est cō sideratione dignum de istis intellectib⁹ qm̄ in veritate qū intellcūs possibilʼ pcedit de potētia ad actū tūc vtiẜ reminiscentia z sen-su z imaginatione z fantasia qm̄ ex sensu ac cipit expientiam z expientȳs memoriam et ex memorȳs vniuersale. cuz autem iam hz sciam vocaẜ intellectus adeptus z tunc nō indiget amplius ṽtutibus sensibilis anime sicut qui querit vehiculū vt dicit auicen. ad vehendum se ad patriam cum pueniret ad patriam non indiget amplius vehiculo. pos sumus igitur dicere ꝙ sic sepatus intellcūs qui hz iam intelligibilia z nō couertitur ni-si ad agentem z ad seipsum est tātū qd est ve quia verissime ē qd est denudatū a mā z a māe appēdicȳs. mā. n. pter priuatōnē z mutationē turbat vez esse z tunc ille adep-t⁹ intellcūs qui in simplici cōsistit intellcū i mortalis z ppetuus est. z in illo nō remisci mur nec vtimur aliqua ṽtute sensibili quia intellcūs qui vtiẜ remiscētia z cogitatōne ē passibilis z mutabilis: z quia passiuus est corruptibilis est eo ꝙ cōicat corruptibili: z corrumpitur illo interi⁹ corrupto cū sit in se sba icorruptibilis. Sine hoc. n. talʼ passiuus intellcūs nihil oīo intelligit eo ꝙ oīs nostra scia oritur ex sensib⁹ z iō intelligere intlcus possibilʼ post mortē ē equocū ad intelligere in vita qū vtiẜ sensib⁹: z intelligere p⁹ hitū scie ſm solā cōuersionem ad agētē est equo cū ad intelligēdū accipiendo sciam p expi mētū z memoriam. Sic igiẜ pz ꝙ intellcūs agēs est forma possibilʼ: z sunt isti duo vnuz sicut cōpositum: sed opationibus sūt diuer-si sicut patet ex omnibus prius habitis.

Tractatus tertius de anima de actio nib⁹ intellcūs possibilis.

Capitulum primum de intellectu in diuisibilium diuersimode dictorum.

His aūt sic ptractatis de natura in tellectuū anime rōalis videam⁹ de actib⁹ intellcūs possibilʼ qz sic me li⁹ ad huc declarabiẜ de nā ei⁹: z qz prior est act⁹ intellcūs sup indiuisibilia ꝙ̄ sup cōpo sita ob hoc primo de actibus intellcūs sup indiuisibilia est pscrutandū. oē. n. qd intel-ligiẜ vt vnū intelligiẜ quia scire plura possu m⁹ simul z semel sed intelligere mime. oē g° qd intelligiẜ intelligiẜ vnum. est aūt vnū qd dr̄ idiuisū qū ɔpōi oppoiẜ: z illd ē icō-plexū. ē ēt vnū qd multitudini diuidentiuz oppositū est z illud ē ɔtinuū z ē vnū sic rōe vnū z hoc ē vnū forma z est vnū qd simplr ē vnū qd est impartibile ſm rē z illud puati one prium est vnum intellectus autem vn⁹ actus cū sit vnū de omnibus istis vnus est indiuisibilium quidem igiẜ que sunt incom plexa intelligētia siue intelligere quod ē ac tus intelligendi in omnibus his est circa q̄ nō est fl̄m eo ꝙ sicut inferius ostendem⁹ nū ꝙ̄ accidit error intelligibilium in intellectu h autem intellectus vocatur apud arabes informatō eo ꝙ intelligere talia est informa ri intellectū possibilē naturis formalib⁹ eo-rū. intellcūs aūt cōplexoruz qui est enunti-ationis vel cōpōis vocaẜ fides p assensum intellcūs ad talia. In quib⁹ igitur intellec tib⁹ iā fl̄m ē z verū quia enūtiatione alicu-ius de aliquo iā necessariū ē eē cōpōem ali cui⁹ de aliquo qz vnū incōplexū cū altero cō poniẜ z aliud affirmaẜ de ipso vel negatur ab eo. talis. n. intellcūs sunt de eo quod iest ſm ꝙ inest predicatū sbo. ṽm. n. z fl̄m non sunt nisi in respectu cōpōis alic⁹ cū alio lʼ di uisionis alicui⁹ ab aliquo. Est āt por intel lcūs icōplexorū ꝙ̄ cōpōis z quodāmō cau sa ei⁹q cōpōis ē quēadmodū z empe. dixit de nā ingens ꝙ capita ſm nāz germiauerẜ

ꝛ ſm germinoꝝ nām ꝛ ſibi cōgruentiū fue runt primo ſine ceruice que poſtea ꝑ amiciciam ſuis germanis ceruicib⁹ aſſociata ſūt quando amicicia commiſit res germanas ſibi in generationem reꝝ. Sic. n. ꝛ hec ſepa ta ꝛ incōplexa intelligūtur ꝛ poſtea germana ſuis germāis cōponuntur ꝑ intellectuꝫ ꝛ ab his que nō ſunt germana diuiduntur ꝑ negationeꝫ h⁹ ad h̄ vbi gratia incōplexū quod eſt aſſimetros ꝛ incōplexū qđ eſt diametros cōiunguntur cū dr̄ ꝙ diameter ē aſſimeter ꝛ hoꝝ compoſitoꝝ eſt etiā intellcūs vnus qm̄ non ſimplr̄ accipiunt̄ vt pl'a ſicut dicit enuntiando: ſed vt vnum in altero vel vnū ab altero. Et hec n̄ ſūt enūciata vt plura ſicut dicit enunciando ita intelligit. In his que ſunt incōplexa cū intelligunt̄ nullū confingit̄ tps vel dria tpis. Dim. n. taliū intellectus eſt ꝑ rei ſimplicē ſpēꝫ que denudata eſt a cōditōib⁹ māe quaꝝ vna ē mot⁹ ꝛ altera tps: ꝛ ideo talium intellcūs abſtrahit ab ab oī dria tpis. Cū āt ꝑ ꝯpōem vnū de altero ſignet̄ licet in re non ſit compoſitō ſed vnio vnius cum alio niſi ſm modum cuiuſdam eſſe quod habet vnum in alio ꝛ h̄ eſſe ſignificatur ꝑ verbu notāſ cōpōnem ꝛ quia ſignatur in actione eſſe ideo optet ꝙ figuret differentiā aliquā. eē. n. tale mēſurꝫ tps: ꝛ ideo intellcūs intelligēs factor fuit ſiue preteritorum ꝛ futurorum falſum eſſet vt ſi non album albo ꝯponit̄ verū autem quādo ꝯponit cū eo quod ſm veritatem ē albū ꝛ h̄ ꝯtingit ſm quamlibet driam tpis: Nō n. ſoluꝫ falſū ꝛ verum ē ſm pn̄s tps vt ſi dicatur qm̄ cleon eſt alb⁹ vel nō eſt alb⁹: ſꝫ ēt qꝛ erat alb⁹ ꝛ qꝛ erit alb⁹ vl' nō erat alb⁹. in oībus autem his ꝯpōnibus lꝫ verum ꝛ falſum a re cauſet̄: tn̄ cōpō ꝓ certo in aīa ē cōponēte. qꝛ tria ſunt in cōpōe. ſ. ſbm ꝛ predicatū ꝛ cōpō media: ꝛ tm̄ due ſunt in re res videlicet cui aliqđ ieſt ꝛ qđ ieſt ꝛ vnū ieſt alteri ſine medio ꝛ iō nihil in re rn̄det cōpōi niſi ipſa vnius duorum vnitorū ſed cōpō ē i aīa vniēte q̄ accipit ꝑmo diuiſa ꝛ poſtea cōponit ſl'm eē verū cū ſint relati oēs vniuſc⁹ qꝫ relatiuorum ꝛ iō ſunt in re ſicut in cā efficiēte: in aīa autem ſunt ſicut in ſbo. in aīa āt dico eſſe quod eſt in cōpoſitione quaꝫ facit anima in voce autem ſunt ſicut in ſigno.

Quicquid autem de his ſit ſciendum eſt hic ꝙ quecunqꝫ cōtingit dicere in componendo cōtingit etiam dicere diuidendo: ſed cū cōponit anima tunc cōponit diuiſa ꝛ cum diuidit tunc diuidit cōpoſita: ꝛ iō ante oēm anime cōpōeꝫ eſt diuiſio ꝛ ante oēꝫ diuiſionem eſt compō. Eſt āt in diuiſione cōpoſitio que diuiſio notat̄ qn̄ vnū negat̄ ab altero ꝛ ſic ꝛ diuiſio ꝛ cōpō aduenies cōpoſita ꝛ diuiſa referant̄: ꝛ in illo vt vnū vel vnita intelligūt̄: ꝛ inde vnū cōpoſitū facit intellcūs cōponēs in vnoquoqꝫ diuerſorum prius ꝛ poſtea cōpoſitorū. Indiuiſum aūt vnūquodqꝫ aliquando vocat̄ indiuiſibile ſicut continuum eſt vnū: eo ꝙ eſt indiuiſum. idiuiſū. n. duplr̄ dr̄ potētie videlicet ꝛ actu indiuiſum. n. actu eſt cōtinuū lꝫ potentia ſit diuiſum ꝛ h̄ tale intelligibile nihil ꝓhibet vna ſimplici actione intellcūs intelligi: ſic indiuiſibile: ꝛ h̄ qn̄ intelligit longitudinem ꝛ illi⁹ cā eſt qm̄ nō intelligit lōgitudinem ꝑ ꝑtes que potentia ſunt in ipſa accipiēdo eā lꝫ potius ꝑ vnam ſimplicē ſpēm longitudinis que eſt forma vnius que vnit oēs ꝑtes longitudinis faciendo eas vnum in eē i actu. actualiter enim vna longitudo indiuiſibilis eſt ꝛ ideo in tempore vno vel in momto totā ꝑ ſpēm longitudinis intelligit ꝙ ſilr eſt in intellectu cōtinuoruꝫ ſicut tps ꝛ aliorū: quia tempus ſimiliter eſt indiuiſibile actu ꝛ potentia diuiſibile eſt ſicut cōtinua lōgitudo. vnde lꝫ vtranqꝫ ꝑtem habeant ante ꝛ poſt: tamen: quia intellectus non accipit cōtinuum ꝑ ꝑtes ſed ꝑ ſpēm totius: q̄ nec partium quedam eſt nec ꝑtes omnes: ſed quiditas vni⁹ in actu diuiſi exiſtentis ideo vna ꝛ ſimplici actione intellectus intelligitur. Non. n. cōtingit dicere ꝙ ꝑ vtrūqꝫ iſtorū intelligit̄ ꝑ medium quia id quod intelligitur ꝑ medium ſui ſicut ꝑ ꝑtem h̄ eſt diuiſum in actu. non enim habꝫ medium actu niſi diuiſum in actu ſed illud continuuum non eſt diuiſum: ita ꝙ ꝑtes eius ſequeſtrate ſint ſeorſum niſi potentia. res aūt ꝑ qđ ē in potentia nō intelligit̄: ſed ꝑ id qđ ē in actu. Si aūt intellcūs eſt vtrūqꝫ intelligēs ſeorſum h̄ ē ꝑ ꝑtem extra ꝑtem tunc ēt tps in

telligēdi vnū diuidit' a tpe intelligēdi alteꝝ
Qm̄ qn̄ intelligit ptē vnā tūc in eodē mo-
mēto nō intelligit alteꝝ.tunc.n. itelligere ē
in tpe qđ ē sicut intellcūs ē. in lōgitudie āt
diuisa diuisuȝ ē intelligere ergo i tpe diuer
so pficere ꝛ intelligere est vni⁹ ꝛ alteri⁹ ptis
Si aūt intelligit longitudinē sicut vnū i ac-
tu qđ ē ex vtrisq3 ptibus q̄ sūt in ea potētia
solū tūc ēt intelligere ē i vnico tpe qđ ꝓpor
tionat' intellectui lōgitudinis ex vtriusq3 p
tib⁹ ꝯposito ꝛ h̄ ē vnicū ꝛ idiuisū tps itelli-
gēdi:q2 vō n̄ solū ē aliqd indiuisuȝ quātita
te ꝙ actu est quantitas vna:sed aliqd dicit'
specie indiuisum qđ formal'r ē vnū sic caro
ꝛ lignū l3 sit indiuisibile nō potentia ꝛ p se
sicut quantuȝ s3 p accñs eo ꝙ ē forma eius
qđ indiuisibile ē p se ꝛ illo diuiso accidit il-
lud diuidi sicut diuiso ligno spēs ꝛ forma-
diuiditur p accūs tn̄ illud qđ p accñs sic di
uisibile est spēs ꝛ forma indiuisibile est ꝺm
ꝙ ipsum indiuisibile sic vnica intellcūs ac-
tione intelligit' ꝛ in spē indiuisibili ꝛ vnica.
Hāc āt vnicā intellcūs aciōem quideȝ vo
cāt indiuisibilē aīam eo ꝙ i tali vt ita dicā
intellectōe aīe p diuersos act⁹ nō diuidūt ta
lia cū sint diuisibilia p accñs diuisione sui
sbi ꝛ nō inq̄ztū sunt h̄ ꝙ sunt p formas suas
sic q̄ sunt qditates sbiectorū taliū. hoc igit'
qđ intelligit sbm est diuisibile:ꝛ si diuidat':
tunc etiā tempus intellectiue diuidit':q2 in
plib⁹ tpib⁹ intelligit ptita ꝛ diuisa ꝺm actū
sed nō intelligit ea sic sed potius inq̄ztū for
ma ꝛ spēs:h̄ tn̄ nō ē sepabile ab eis q2 tl'es
spēs phice ꝺm rōem nō sepant' ab eis cum
mām in sua rōe ꝯcipiant ꝛ h̄ indiuisibile fa
cit talia vnū ꝛ intellectū eorū facit vnicum
ꝛ indiuisum ꝛ tale indiuisibile qđ ē forma
facit in lōgitudinem vnam l3 sit diuisibilis
potentia.tale.n. vniens qđ est forma ꝛ spēs
ꝺm siltudinē vnā ē in oi ꝯtinuo sine illđ po
sitōeȝ hēat in ptib⁹ vt lōgitudo sine nō hē-
at positōeȝ in ptib⁹ sicut tps l3 autem talis
forma ꝺm esse nō sit sepabil' a mā q̄3 vnit et
sit indiuisibilis p accidens diuisione sbiecti
tn̄ simpl'r ꝯcept⁹ ei⁹ ē vl'is.nec ē diuisibilis
nec sepabil' a mā.oē.n.quod itelligit' denu
datū ē a mā ꝺm ꝙ ipsa ē indiuiduās: sicut
oē vl'e sepat' a pticulari.pōt tn̄ rō diffinitiua

esse in se cōcipiens mām:sed illa nō erit in
diuiduans:sed erit quasi dria ꝯstituens ip-
sam formā:quia nō ē solū mā sed potius cā
ei⁹ sicut qn̄ diffiniēs carnē dico ꝙ ē mediū
i tactu ex ca.ꝛ fri.ꝛ hu.ꝛ sic ꝛ sic ꝓportiona
bilit' nominādo ꝯmixtū ca.ꝛ fri.ꝛ hu.ꝛ sic
cū nō dico simplicē mā3 s3 ēt cām effectiuā
ꝯmixtiōis carnis .multitudinē ergo itelligit
ꝯponibiliū intellcūs vn⁹ vniuoce ꝯpōis et
multitudinē potētialē accipit intellcūs vni
cus vniuoce actus ꝛ multitudinē ptiū māe
ꝛ sibi accidit vnicus intellcūs vniuoce spēi
ꝛ forme. Id autem qđ simpl'r indiuisum ē
sicut punctus ꝛ vnitas.ois.n.pūctus diuisio
est:ꝛ nō diuisibile diuisio.n.sp fit in puncto
ꝛ tn̄ nūq̄3 diuidit'.oē āt hmōi idiuisibile h3
ꝙ ē indiuisibile noie priuatio mōstrat' eē in
diuisibile sicut dicim⁹ ꝙ pūct⁹ ē c⁹ ps nō est
ꝛ sic est in oib⁹ alijs simpl'r indiuisibilib⁹ si
cut vnitas ē ꝛ sicut ē nūc.Qn̄.n.illa sumūt'
vt ꝓuatio suarū q̄ztitatum tūc nō accipiūtur
in se:sed in suis quantitatibus quas ptici-
pāt sicut punct⁹ ē terminus linee ꝛ vnitas i
aggregatōe nūeri ꝛ nūc in cōtinuatione pre
teriti ꝛ futuri:ꝛ tūc nō noscerent' noie ꝛ rōne
priuata:quando autem ꝺm se accipiuntur p̄
uationis nomine monstrantur ꝛ tunc etiam
ut priuationes per suos habitus oppoitos
intelliguntur ꝛ hec sūt itelligibilia quasi re
flexa ꝛ vna ꝛ similis ratio est in intellectu
omnium illaruȝ priuationum.nisi enim ita
diceremus quomodo possemus dicere ꝙ i
tellectus cognoscat malum quod priuatio
est ꝛ ignorantiam que est priuatio sicut alibi
monstratum est. In omnibus intelligibili
bus oportet intellectum potentia primum
esse cognoscentem:ꝛ cognoscibile postea es
se in ipso ꝺm actum ipso intellectu eodem
remanente. Quoniam sicut supra ostendi-
mus intellectus possibilis diuersificatur
per intelligibilia sicut materia diuersificat'
p formas. Et ideo accipiendo ꝯgnoscibile
accipit aliquid extra seipsum. Si autem ali
cuius intellectus nullū h3 ōnino contrari-
um:sed intelligibilia oportet ꝙ ille per ali-
quod cognoscat quod non habet contrari-
um:ꝛ hoc intellectus ille qui ratio et causa
est intelligibilium : ꝛ ille cognoscit seipsum

ꝛ cognoscendo se cognoscit alia: ꝛ illud itelligere nullo mō egreditur extra se ꝛ cū sit ratio oīum sicut ars artificiatoꝝ oportet ipm eē sepatū ab oibus: ꝛ erit sēp in actu ꝛ nūq̄ȝ in potentia eo q̄ intelligere suū nunq̄ȝ egreditur extra se: sibi.n. semp ē pñs: ꝛ hic ē intellectus intelligibiliū sbarum separatorum: ꝛ maxime intellectus cause prime.

Capitulum secundum ꝛ quis intellectus est semper verus: ꝛ quis aliquando verus aliquando falsus: ꝛ q̄ actus sensus ꝛ intellectus sunt actus perfectus ꝛ mot⁹ simplices.

Amplius autem intelligibilia inuenim⁹ diuersificata: quoniam quedā sūt composita: quia aliud dicitur d̄ aliquo quam compōnem in eis facit intellectus: lȝ faciat eam ƀm rei congruentiam. ꝛ quādo aliquid dicitur de aliquo sicut affirmatio vel diuiditur vnum ab alio sicut negatio oportet q̄ omnis talis cōpositio sit vera aut falsa: sed non ois intellectus est ver⁹ aut falsus: quia sicut sensum inuenim⁹ variari circa sensibilia: ita intellectuȝ circa intelligibilia. sensus enim quando est sensibilis per se q̄ de natura sua facit sensum: ꝛ est causa sensibilitatis aliter est q̄ȝ quando est sensibilis per accidens q̄ de natura sua non facit sensibilitatem. ita etiaȝ de intellectu intelligibiliū. intellectus.n. speculatiu⁹ q de nā sua speculatiu⁹ ē alr̄ se hȝ q̄ȝ ille q ē intellect⁹ p accidēs. vl'e āt simplr̄ de nā sua ē intellect⁹ spec'latiu⁹: quoniā h ē motiuū intellect⁹ possibil': sic̄ sensibile p p̄um ē motiuū sensus. Cōpō autē intelligibiliū accidit ex cōueniētia rerū: ꝛ hoc ñ mouet intellectum ƀm q̄ huius est: ꝛ ideo intellectus qui simplex conceptus est: est eiusdem quod est res ꝛ foꝛa sbalis qua aliquid erat esse: hoc est quo erat esse semper ꝛ perpetuo esse aliquid quia per formam substantialem omne quod est aliquid: aliquid ꝛ substātialiter est. Et hic intellect⁹ qui ꝓprie ꝛ per se intellectus est semper ē verus veritate rei ƀm q̄ verum dicimus id quod vere ē ꝛ veram habet essentialitateȝ ꝛ non decipitur intellectus circa id: ꝛ h in tellectus non est aliquid de aliquo sed simplex rei conceptus per formā suā. Sic.n. videt q̄ ꝓprium obiectū visus semp ē verū ꝛ non decipit vis⁹ circa id sed nō sp veꝝ ē quādo visibile cōponit cū aliquo sic fit i visibili per accidens vel cōi. non.n. semp ē verū q̄ album quod videt sit hō vel ñ sit hō quādo visus dicit albū esse hoiem: vel quādo dicit nō esse hoiem. Silr̄ est de itellectu quando intellectus qui nihil hēt nisi simplicē cōceptū mētis sp verus ē. ꝯponēs āt nō sp ē verus q̄ñ accidit itellectui intelligibile p accñs: sicut sēsui sēsibile p accñs. ꝛ iō in illo fl'ificat intellect⁹ ipaꝝ. Quecūq̄ȝ āt sine mā sūt sicut sbe sepate intelligūt res p simplices rerū q̄dditates. ꝛ iō nō falsificat itellect⁹ ipaꝝ. Quecūq̄ȝ āt vnuȝ realr̄ i eē aliquando accipiūt: non oȝ q̄ hoc fiat p acceptionē rerū ꝛ dr̄arū ꝛ ꝯuēientiā ipsarū vl' eoꝝ ptic'lariū. Et hoc accidit intellectui p extensionē sui ad fl'itiuas v̄tutes. ꝛ in t'li cōpositione ꝛ diuisiōe freq̄ēs incidit mendaciū. in t'libus āt sepatis que nō habēt ꝯtrariū iu suis intelligibilibus eo q̄ intelligibile nullū extra se recipiūt ideȝ ē ƀm actū scia eoꝝ cū re scita: ꝛ hoc maxie i intellectu cause prime est veruȝ q̄ illa oio simplex est ꝛ suum intelligere ꝛ suum intelligibile cum suo intellectu sunt idem oio. in alijs autem intelligentijs que sunt inferioris ordinis etiā veruȝ est sed plus differentie inter suum intelligere ꝛ suum intelligibile ad suū intellectum. hec autem differentia in parte superius posita est: sed ad plenum etiā subtiliter habet dici in scientia diuina. scientia autem nostri intellectus est prius in potentia q̄ȝ in actu. ꝛ sicut diximus superius q̄ in indiuiduo quolibȝ prioꝛ est potentia q̄ȝ actus. vniuersalr̄ autem loquendo ꝛ simplicicter tunc prioꝛ est scientia in actu q̄ȝ in potētia ꝛ tempoꝛe: sicut superius diximus q̄ est in potentia nūq̄ȝ fit in actu nisi ex eo quod ē in actu. ꝛ ideo in intellectu moꝛtalium etiam prioꝛ est intellectus agens ꝛ hitus p̄moꝝ p̄ncipioꝝ que scimus per naturam inquantum terminos cognoscimus: hec enim ꝓrincipia sūt quasi instrumenta quibus agēs educit

possibilē de potentia ad actū. Et hec istru menta determinata ex determinatiōe sēsi biliū oriunt experimentis τ mēorijs mouen tibus possibilē intellectū: τ sic acquirit hāc sciam τ illā. in tali āt motu intellectus qui ē simplex receptio intelligibiliū sine motu τ trāsmutatiōe cōsideratiōe dignū est qua liter dr̄t ab alijs motibus phicis. In sen su enim expresse videt ꝙ sensibile ē agēs in sensitiuum ex potētia exn̄te in hoc ꝙ sit actu ens: τ videm⁹ ꝙ id quod est sic agens in actu ipm sensibile nihil patit oio etiam quādo recipit a sensu nō abijcit aliquid a sensu nec progredit de forma in formā flu endo quēadmodū forma gnāta i mā. In motu aūt phico τ agens patit aliqd a pa tiente: τ quādo patiens recipit eā qd̄ agēs cōtinue fluit de forma in formā quousque venit ad pfectiōem perfectio motus. τ iō diximꝰ in phicis ꝙ motus phicus ē imp fectus actus existentis in potentia ꝫm ꝙ ē in potentia. vnde quando sensibile mo uet sensum oportet ꝙ alia sit hec spēs mo tus a motu phisico: cum duo sint in diffini tione motus phisici cum dicitur actus im perfectus: alterum eorum accidit motui τ non est de essentia sua ꝙ videlicet est imp fecti: ex sui autē natura conuenit ei esse a ctum: τ ideo quādo non est imperfecti tūc est actus perfectus. Sic autem est quādo est actus sensitiui a receptione sensibilis. Ille enim est actus simplex τ ideo nō flu ens de forma in formam: τ ideo est actus perfecti: τ nullo modo vlterius ad aliqd i potentia existens: multo magis autē hoc in intellectu: quoniam supra ostendimus: qm̄ ipassibilitas intellectus in receptione intelligibilium maior est q̄ impassibilitas sensus in receptione sensibilium. Et ideo sentire τ intelligere simile est actui qui est dicere solum siue aliquid enūciare verbis quia in actione que est dicere statim est ac tio completa absq̃ eo ꝙ precedat ipsum actio diminuta sicut fit in motu phisico in quo diminutus actus continue precedit cō pletum quousq̃ compleatur totus motus dicens autem exprimit dictum simplici a ctione: τ sic est sentire τ intelligere plus q̄

sentire: τ hoc precipue ē verū de motu sim plicis. Simplicem autem sensum τ intel lectum voco sensum sensibilis per se: τ in tellectum per se: τ non ꝫm accidens intel ligibile.

Capitulum tertium ꝙ est idem intellect⁹ componens τ diuidens itelligibilia: sicut idem est sensus communis.

Um autem determinatū est aliqd esse conferens siue letum aut aliqd esse inconueniens siue triste tunc est sensus per accidens aut intellectus per accidēs quia tunc aliquid firmat aut negat compo nendo vnum cum altero vel diuidēdo v num ab altero: τ tunc aut mutatur per ap petitum τ motum si determinant aliquid letum: aut fugit propter appetitum τ mo tum: si determinant aliquid triste. conferē tia autem facientia leticiam τ inconueniē tia facientia tristiciam sunt cōmunia: τ sūt circa sensibilia tantū: τ ideo oportet ꝙ due passiones anime ꝫm quas est letari τ tri stari sit quoddā agere appetitus τ motus quidam appetitus anime qui motus fit sē sibili mediante quod sit aut bonū aut ma lum aut aliquid hmōi conueniens vel icō ueniens ad leticiam vel ad tristiciam que est ꝫm sensibilem animam. τ ideo plō di xit ꝙ ois delectatio τ tristicia sunt genera tiones facte in sensibilem animam: τ verꝫ est qd̄ dicit de delectatōne habente contra rium. Si autem est aliqua delectatio in cō templatione eius qd̄ diameter est assime ter coste: illa non habet contrarium: τ non est anime sensibilis. Et de illis in ethicis erit querendum. Sed hoc quod hic scien dum est ꝙ leticia τ tristicia in sensibilibus sequitur fuga τ appetitus: τ per appetitū motuꝫ: fuga autem τ appetitus ideo sunt in prima radice sua ꝫm actum: quoniam vna pars que est appetitiua siue motiua ps agitatur: vna enim pars anime est que pre sens delectabile appetit τ tristabile presēs fugit: presens autem est appetitus vniuer salis fuga ꝫm actum: quia contraria sūt eiusdem potentie. τ ideo idem est fugere τ persequi: τ non alterum appetitiuum.

ꝛ fugitiuum: neq; adinuicem omnia ista sunt altera nec a sensitiuo. Qꝫ autem idē est esse appetitiuum ꝛ fugitiuum: dico in in cōi: quia vtrūq; appetitiue aie ꝛ vtrunq; ē ps aie sensibilis. Sed eē istaꝝ virtuꝫ aliquādo differens ē sicut differunt ptes appetitus que sūt irascibilis ꝛ cōcupiscibilis de quibꝰ nos inferius ꝓsequemur: cuꝫ de motiuis ptibus aie tractabimꝰ. Sed hoc quidē notādū ē ꝙ aie intellectiue sūt fantasmata mouentia itellectū: sicut sēsibilia mouent sensū. Cū aūt se extēdit cogitās intellectus: ꝛ determinat affirmādo vel negando bonū vel malū: tunc sequiť fuga vel ꝓsecutio. intellectus āt appetibile determinans se habet in rōne vtētibꝰ sicut extimatiua i nō vtētibꝰ rōne. Ex hoc apparet ꝙ in talibꝰ nequaq; aīa intelligit rōnalis sine fantasmate ex quo vľe elicit: ꝛ ē vnus itellectus cōpans ꝛ diiudicans oē qđ mouet cū fantasmatibꝰ. Sicut.n.diximꝰ superiꝰ: ꝙ aer imutatus a medio huiꝰ fecit pupillā agendo in eā spēm sēsibilē quā recipit a re ipa ꝛ pupilla alterū est ab aere a quo moueť. Et siľr auditus hēt suum motiuuꝫ. ꝛ siľr omnis sensus: sed alterū sensitiuuꝫ qđ vltimū dicitur: quia vltimo venit ad ipꝫ: ꝑmum āt dicitur eo ꝙ ibi est fons ꝛ origo sēsibilis virtutis ē vnū formale ad quod terminatur sensus particularis: ꝛ ꝙ vnū sensitiuum ē vna medietas oium sensibilium sicut autē ostendimus superius sed plura est ƀm esse particularium sensuum q ad ipm terminantur. prius.n.dictum ē ꝙ vno ꝛ eodē discernit: ꝛ quid ē illđ qđ discernit ꝛ quid dr̄t dulce ꝛ calidum. Sed nūc dicēdum ē quia ē vnū aliquid qđ ē ꝑmū ꝛ vltimū sensitiuum quod ē sic vnū: sicut terminus ad quē diuersa terminanť est vnū sic punctū centri est vnū ad quod linee terminanť a circūferentia venientes. Et simiľr intellectus ē vnus ad quē oīs motꝰ fātasmatū terminať: ꝛ est formaľ respectu fantasie sicut ꝛ fantasia formaľ ē respectu sensus cōis: ꝛ sensus cōis respectu sensuū ꝑticulariū. hec autē vera sunt oe intellectu: siue fantasmata ipa moueant: siue moueāt intētiones boni vel mali ex fātasmatibus elicite.

Capitulū.iiij. ꝙ eađ ē analogia fantasmatū ad intellectū q̄ ē sēsibiliū ad sēsitiuum.

Sit āt eadē prorsus analogia ꝛ idem nūerus sensibiliū pluriū comparatoꝝ ad sensitiuū vnū quod facit inter ea cōpositionē ꝛ fantasmatum plurium ad intellcm̄ vnū quod facit inter ipsa per rōnes comparationeꝫ. nihil enim omnino differt opponere ab aliquo dicente ꝛ querēte qualiter iudicat ea que sunt similia genere aľs dissimilia: sicut ea que sunt vnius generis ꝛ potentie quomō idē iudicat album ꝛ nigruꝫ dicemus ꝙ iudicat ea sicut vltima virtus: ad quā terminať motus albi ꝛ nigri. Et similiter si q̄rat aliquis quomō idem ē iudicans id qđ ē ex fantasmate albi: ꝛ ex fantasmate nigri: dicemus similiter sicut vnꝰ ꝛ idem terminus ad quem vltimi proueniunt motus vtriusq;: quoniam sicut se hn̄t res sensibiles ad sensitiuum vltimū: ita se habent diuersa fantasmata ad intellectm̄ vnum vltimum. Si enim.d.sit dulce ꝛ.c. amaruꝫ quo ad hoc ꝙ sit similitudo ꝛ species dulcis ꝛ amari.c.in fantasia.a.aūt sit res sensibilis alba: ꝛ.b.sit res sensibiľ nigra: ꝛ.c.in fantasmate se habet ad.d.ꝛ.a. aut ad.b.tunc oportet ꝙ cum sit fantasma amari ꝛ.d.ꝙ sicut.a.c.ꝛ.d.dulcis.a.ꝛ.b. se habent mouendo sensitiuum vltimum vnum: ita.c.ꝛ.d.se habeant ꝙ moueant intellectum idem ꝛ cōmutabiliter: sic est et quodammodo quo ad hoc ꝙ sicut se hn̄t species in fantasmate mouentes intellcm̄ ita se habent sensibilia mouentia sensum. Et adhuc sicut se habent species quorundam sensibiliuꝫ ad ipa ꝛ econuerso. ꝛ hoc contingit propter hoc ꝙ fantasia est motꝰ a sensibili ƀm actum factus. ꝛ ideo oportet ꝙ in fantasmatibus sic sit sicut in sensibilibus ꝛ econuerso. Si enim sunt sensibilia eadem in genere vel diuersa: ita erunt etiam fantasmata mouētia intellectum. si ergo.c.ꝛ.d. q̄ sūt fātasmata cōposita sunt eiusđ generꝭ ꝛ eiusđ hꝫ: sic se hn̄t mouēdo itellectū sic.a.ꝛ.b.mouēdo eūdē sensū: ꝛ

tunc oportet ꝙ sint vnum ⁊ idem quo ad hoc ⁊ ab eadem virtute apprehenduntur: licȝ esse virtutis illius ƀm ꝙ refertur ad ƀ fantasma ⁊ illud non sit idem etiam sicut diximus ꝙ est primi sensitiui non est idem quando conuertitur ad vnum sensibile: et aliud sicut diximus ꝙ esse centri non est idē hȝ quod referť ad vnā lineā ⁊ ad aliā hoc āt mō pȝ silitudinē eē vnā in oib⁹ fantasmatib⁹ ⁊ in sēsibilib⁹: ⁊ i nūero ⁊ i analogia. Eadē autē rō est si accipiant sensibilia ⁊ fantasmata diuersoꝝ generuȝ: diuersoꝝ autē generū sunt sicut supra ostēdim⁹ in secundo que sunt diuersoꝝ sensuuȝ: si a qdē sit dulce. b. vō sit albū: ergo ex his apparet ꝙ intellectiuū itelligit ⁊ accipit spēs que sūt i fantasmatibus: hoc autē nō tantū mō verū ē de fantasmatib⁹ q̄ a sensu sūt accepta: sed etiā de intētiōibus ꝯuēientis ⁊ iꝯuenictis quē cū ƀsibilibus accipiūtur q̄ nata sūt mouere appetitū. sic. n. i fantasmatibus determinať de ꝯueniēti ⁊ incōuēienti p rōnem: sicut decerniť imitabile vel sensibile. Et ideo homo extra sensū hȝ actū exiēs quādo videlȝ sēsibile nō sit p̄ns cuȝ sit in fātasmatū motibus: tunc mouetur p terrorē vel gaudiū: nō tantū somniādo sed etiā vigilando aliquādo: ⁊ hoc signū est ꝙ quādo aliquis ē sentiēs ƀm rerū p̄ntiā qđ ē fugiēdū. verbi grā ꝙ videlȝ qꝛ ignis ē incendēs edificia i quibꝰ hitat: hoc. n. vt fugiendū cognoscit cōiter ois hō vidēs illđ qꝛ ois vides illud fugit ꝓpter hoc qđ dꝛ i oratio: nā tua res agiť paries dū ꝓximus ardet: ƀ. n. inqꝫtū vidēs moueť ad fugam Silr autē quicūqꝫ videt hostes ⁊ sentit qm̄ plia sūt siue resistēdo siue fugiēdo moueť. et sic se hȝ in ƀsibilibus ⁊ sensu: sic se hȝ in fantasmatibus ⁊ itellectu in hoie vel i fantasia rōcinať tanqꝫ videt ea coraȝ oclis suis: ⁊ deliberādo determiat futura bōa vel mala ad p̄ntia fantasmata: sic pcipue faciunt melācolici ⁊ dormiētes in somnis. sic enim in somnis ad imagines mulieꝝ mouenť mēbra ad coitū ⁊ pficiť delectatio ac si essȝ res p̄ns ꝓpter quā spēs tales impmanť in corpa. qñcunqꝫ. n. in fantasia ē cōueniēs forꝫ vel discōueniēs corpori statiȝ ꝟtutes que sunt affixe mēbris mouēt corpus ad inducēdū illā: ⁊ iō aliqui facti sūt leprosi ⁊ aliꝭ infirmitatibus ꝯtenti ꝙ imaginatiōib⁹ lepre freqūeter ꝯuneť ł alter⁹ infirmitatis cum in fantasmatibus dicat de terminando aia aliquid esse tanquam letum vel tanquam triste: ⁊ si non sit ƀm esse tamen fugit tunc a tristitia: aut imitatur letuȝ ⁊ vniuersaliteř sic est in omni actione: ⁊ actionem voco quod actuale potest agi per nos sicut sunt omnia que ad delectationes vel tristitias pertinent: vel ad cōmunicationem vite animalium inter se. Si autē verum ⁊ falsum: accipiatur sicut actu ita ꝙ n̄ sint accepta in rebus actualibus per nos: que dicūtur preterita: tunc adhuc sunt i eodem genere: quoniam sunt cognitiones in fantasmatibus accepte sicut ⁊ bonuȝ ⁊ malum actibilia ⁊ preterita: sed in eo qđ simpliciter est verum ⁊ falsum differt a bono ⁊ malo quo ad genus cogitationis: quoniam simpliciter verum non est in his q̄ semper ⁊ vbiqꝫ sunt vera que sunt vniuersalia ⁊ hec non sunt in fantastica cogitatione vł cognitione sed intellectuali potentia. Similiter autem de contrario quod simpliciter est falsum: quia hoc est quod vbiqꝫ et semper est falsum sine hic ⁊ nunc. differūt autem verum ⁊ falsum a bono ⁊ malo q̄ i quodam sunt quod sit agibile per nos: erit quidem verum ⁊ falsum in fantastica cognitione sed non bonuȝ ⁊ maluȝ. patet igitur ꝙ in omnibus quorum species est in fantasmatibus: sicut in phisicis ⁊ ethicis analogia est inter sensibilia ⁊ sensuȝ ⁊ fantasmata ad intellectum fantasticum comparata.

Capitulum quintum de intellectu mathematicorum ⁊ diuinorum.

Sed de his que sunt abstractione dicta sicut mathematica que in diffinitione sua non concipiunt materiam sensibilem: videtur fortasse alicui ꝙ non sit talis analogia. Sȝ sciendum ꝙ omnia talia intelligit ⁊ accipit intellectus per sensum Sicut enim accipit intellectus in hac mā

sensibli que ē caro nasi eo ꝙ cōiuncta ē per eē ⁊ diffinitiōem cuȝ mā̃ sēsibili ita accipit sepata mathēatica in fantasmate eo ꝙ per eē cōiuncta sūt mā̃e sēsibili lȝ ꝑ abstractionem vel diffinitiōem sint abstracta. Cum eni intelligit simū qđ in sua diffinitiōe carnem nasi cōcipit: oȝ ꝙ illud nō separatū accipiat ꝑ diffinitiōem. Inquantū autē accicipit genus suū quod ē curuuȝ in sua rōne nō accipit carneȝ nasi eo ꝙ ꝯm vnā rōneȝ saluaᷓ in qualibȝ mā̃ tūc intelligit h̄ sine itellectu carnis. ⁊ quo ad hoc intelligit mathematica que ꝯm eē nō sunt sepata tāquā sint sepata: q̄ꝛ sunt suis diffiōnibus abstrahentia ab omni sensibili mā̃. non ergo accipit ea sepata extra materiā existētia: qa in rebus sp̄ sunt cōiuncta. ⁊ sic receptio ipsoꝝ ē ex fantasmate. Sed cū accepit intellectus aliquid eoꝝ quod ꝓtundaᷓ circa illud: ⁊ ꝑcipiēs nō eē de intellectu alicuius eoꝝ materiā sensibilē abstrahēdo a mā̃ sēsibili diffinit illud: talis ergo ē itellect⁹ mathēaticoꝝ ꝙ accipiᷓ ex fantasijs sic̄ ⁊ alioꝝ intellect⁹ q̄ sūt nālia ⁊ actualia. In oibus his videᷓ ꝙ ois nr̄ intellect⁹ ex fātasmatib⁹ oriaᷓ. Que āt sic ex fātasmatibus accipit intellect⁹ intelligit cū ipē sit sepatus oportet ꝙ sint sepata ea q̄ intelligit: ⁊ cum oibus his ē in potentia: postea āt in actu. Que āt ꝯȝ actū sunt itellectu tripl'r sūt in ipō. quoꝝ vnū ē ꝯm actū scire ⁊ ageᷓ sciaȝ sicut ꝙ ois hō ē aial qn̄ actual'r ordinaᷓ ꝑ dicatū ad sꝯm. secūdus āt ē scire in hitu et nō ꝯsiderare. terti⁹ āt ē hr̄e incohatōeȝ sciesicut qn̄ de aliquo iterrogati icōtinēti rn̄dere nō possum⁹ certissime tn̄ sciētes quideȝ in ꝓxio rn̄debim⁹: talē. n. sciam in potētia non hēm⁹ tn̄: q̄ꝛ sic oportet dicere al' discere an̄ rn̄sionē ꝙ nō ē veꝝ sil'r nec i actu: q̄ꝛ nō actual'r ꝯsideram⁹: neqȝ etiā ꝑfectione in hitu: q̄ꝛ si hrēm⁹ ꝑfecte hitū ꝓpinquum possem⁹ rn̄dere cū vellem⁹. Et p̄m⁹ qdeȝ motus assilaᷓ thesauro qui in visu apphēdiᷓ. secund⁹ aūt thesauro reposito in terra tertius āt thesauro recōdito q quidē hētur sed ē reclusus ⁊ clauis in promptu nō habetur vel inuenitur.

Capitulū. vi. qual'r itelligunᷓ diuina que sūt sepata i quo ē digressio ꝺclarāᷓ h̄ qđ dixit alexāder: ⁊ improbatōeȝ eiusđ erroris.

